

~~00 this~~ Sd. 385

over

Theology
W.E. 51^b

Th. hist. S. xx, 413

B R E V I S
S Y L L A B U S
C O N T R O V E R S I A R U M .

Auctore
BENEDICTO PICTETO
Pastore Eccles. Gen. & S. S.
Theologiæ Professore.



G E N E V Æ
Sumptibus S O C I E T A T I S .

M. D C C X I

S Y L L A B U S

C O N T R O L E R E S I A R U M

D E N D I C T O P R E T T O

P a p i e r P e r f e c t G e r t 1 7 2 2

T h e o d o r u s G e l l i



G E N E V A

S E C O N D A T A

1659

1733



PRÆFATIO.

HUNC Controversiarum Syllabum, sub-jungimus Medullæ Theologiae nostræ Didacticæ & Elencticæ, ut Theologorum filii, quorum studia omnibus modis promovere annitimus, quosque ex osculamur, intelligent, & veluti in brevi Tabellâ videant, Quibuscum sit nobis decertandum? Quæ controversiarum momenta? Quanta er-

§ 2 rorum

4 PRÆFATIO

rorum seges? Quanta ingeniorum varietas? Quousque aberrant mentes humanæ? quām facilis sit à levibus erroribus ad gravissimas hæreses lapsus? Quām numerosæ sed centrum phalanges? Quām mirus inter veteres & recentiores hæreticos consensus? Dolendum profectò, & quidem sanguineis lachrymis, nostris temporibus antiquos errores incrustatos, & quasi novâ veste indutos renovari, ac fundamenta Religionis Christianæ, partim occultis cuniculis, partim aperto Marte, convelli. Dolendum Theologiam veram ab ipso Christo

PRÆFATIO

Christo & Apostolis traditam displicere , quia antiqua est, unde antiquanda esse creditur. Dolendum etiam ab iis , qui nihil aliud, nisi Scripturam audire simulant , ita miserè tractari sacram codicem , ut omnia evanescant mysteria , loca quæ Trinitatem , Christi divinitatem , mortuorum resurrectionem , hominis in statu peccati summam depravationem , gratiæ necessitatem , & invictam operationem , omnibus , qui cæcutire nolunt , probant , vel expungantur , vel saltem in alienum sensum detorqueantur;

§ 3 tur;



6 PRÆFATIO

tur ; omnia oracula V. T.
quæ ipsi recutiti Iudæi de
Messia exposuerunt, ad alium
quām ad Christum referan-
tur , ac nescio quid in Sa-
cros Scriptores tentetur, qua-
si Scriptura esset nasus cereus.
Animus erat huic Synopis
controversiarum subjecere er-
rorum confutationem , ut
veneno proposito antidotus
quoque propinaretur ; Sed
huic negotio vacare nunc
non licuit , dum aliis re-
bus incumbimus. Præmi-
simus veritatem in Medullâ,
ut munirentur juvenes , &
indicavimus præcipuos au-
thores, qui aduersus errores

in

PRÆFATIO 7

in hoc libro contentos scripsे-
runt; præterquamquod ferè
omnes à nobis in Theologia
nostra Gallica confutati sunt.
Deum supplici voce ora-
mus , ut omnes errantes
in viam reducantur , om-
nes tenebræ disspellantur , om-
nes controversiæ aboleantur,
de omnibus erroribus atque
hæresibus triumphet veritas,
& tranquillâ pace gaudeat
Ecclesia Christi, donec cum
suo cœlesti sponso ac ca-
pite æternâ gloriâ fruatur.

BREVIS



PRÆTATIO

ad hanc missam etiam
in hoc libro deponitur
se auctoritate electio; imm
oportet eis deponere in libris
debet. Quod si conuenientem locum
inveniatur, inquit, in quodlibet
autem tempore, in quo
eiusmodi missam debet esse
ad hanc missam, etiam
in hoc libro deponitur
se auctoritate electio; imm
oportet eis deponere in libris
debet. Quod si conuenientem locum
inveniatur, inquit, in quodlibet
autem tempore, in quo
eiusmodi missam debet esse

PRÆTATIO



BREVIS SYLLABUS CONTROVERSIARUM

LIBER I.

De Controversiis quæ agitatæ
sunt à seculo Reformationis.

CAPUT I.

De Atheis, Deistis, Antiscripturariis.

Athei.

NEGLANT Deum existere , animæ immortalitatem , mundumque æternum esse arbitrantur , ut Vaninus , Tolosæ combustus ann. 1619. An verò tales dentur , qui revera nullum numen esse persuasi sint , disquiritur ?

Am.
phith.
æter-
næ
Pro-
vid-
Dial.
de ad-
miran.
arca-
nis.

A

Contra

2 BREVIS SYLLABUS

Contra Atheos plures scripserunt;
Morneus, *Grotius*, *Calixtus*, *Abbadie*,
in suis de Veritate Religionis Chri-
stianæ tractatibus: *Ioh. Mullerus*, in
Atheismo devicto: *Chr. Franckius*
in Atheo convicto: *Seb. Niemannus*
in Atheo refutato: *Theoph. Spize-
lius* in Scrutinio Atheismi, & in
Epist. ad Henr. *Meibomium* de Atheis-
mi radice: *Joh. Bartholdus Niemeie-
rus* in disputationibus de existen-
tia Dei & Atheismi eversione; *Rich.
Bentleius* in stultitia Atheismi; *Joh. Til-
lotsonus* in sua irrationalitate Atheis-
mi, *Pet. Charronius* in lib. cui titulus
les trois vérités; & plures, præter sy-
stematum authores.

Deista & Antiscripturarii.

Non unius generis sunt; sunt qui
quamvis ore numen esse profitean-
tur, tamen revera negant, dum de
Deo asserunt, quod naturam Dei
evertit. Sunt qui videntur aliquid
ex Scripturis depromptum admittre,
sed qui præcipua, quæ in iis
continentur, impugnant. Alii plane
Scripturam

CONTROVERSIARUM LIB. I. 3

Scripturam rident. Plerique negant Providentiam, ultimum judicium, animæ immortalitatem, librorum sacrorum divinitatem. Sunt qui animæ immortalitatem agnoscunt, sed cœlum omnibus religionibus appetiunt, modò vita sit honesta.

Inter eos qui Athei jure merito dici possunt. *Spinoſa* certè eminet, qui non modò Judaïſmum, sed & omnes Religiones ejuravit, & cuius errores innumeris: Præcipui hi sunt.

Spinoſa Erroris.

1. Credidit unicam esse substantiam in natura rerum, & hanc substantiam esse præditam innumeris attributis, in primis extensione & cogitatione.

Tract.

Theol.

Polit.

Ethic.

P. II.

Prop.

VII.

2. Omnia corpora, quæ extant in mundo esse modificationes hujus substantiæ, quatenus extensæ; & animas hominum esse modificationes hujus substantiæ quatenus cogitantis.

Ep. ad Oldemb.

A 2 3. Deum

4 BREVIS SYLLABUS
3. Deum Ens necessarium & perfectissimum esse causam omnium rerum qua existunt, nec tamen ab iis differre; esse simul agentem & patientem, causam efficientem & subiectum, nihilque producere quod non sit ipsius modificatio.

4. Omnia fatali necessitate contingere, & quodcumque Deus operatur, aliter esse non posse.

5. Ens perfectissimum & necessarium nihil velle posse praeter se, quia aliquid producere extra se summæ beatitudinis & perfectionis naturam evertit; sic si mundus ad Dei naturam nil pertineat, continere debere perfectionem propriam, adeoque realiter à natura Dei distinctam, quā Deus cariturus sit.

6. Implicare contradictionem, ut infinita potentia extensum ex nihilo producere possit, quia sic infinitum poneret aliud infinitum numero extra se.

7. Deum non esse liberum, nisi quia agit sola necessitate suæ naturæ, & quia à se ipso tantum ad agendum determinatur.

8. Esse

CONTROVERSIARUM LIB. I. 5

8. Esse de substantia essentia, ut nesciari subsistat.

9. Animam mori cum corpore, & quoties corpus mutatur, animam quoque mutari.

10. Jus naturale esse solam cuiusque cupiditatem & potentiam, quâ appetit quicquid sibi utile esse iudicat, & quavis ratione, dolo, vi, precibus, aliisque modis acquirit.

11. Prophetiam nihil aliud fuisse quam phantasmata & imaginationes hominibus fanaticis, melancholicis deliris, sive vigilantibus, sive dormientibus objectas, atque eas Dei mentem, revelationem & decreta appellatas fuisse.

12. Revelationem variasse in unoquoque Propheta pro dispositione temperamenti corporis, imaginationis, & pro ratione opinionum quas prius amplexus fuerat, ita ut hilaribus læta, rusticis boves, vaccas, ducibus exercitus, aulicis solium regium Deus repræsentaverit.

13. Mosem erroneas de Deo opiniones habuisse, & iisdem Deum se accommodasse fingere.

A 3

14. Hebræum

14. Hebræum populum reliquas
Gentes nullâ aliâ re, quâm imperii
terreni felicitate superavisse, adeoque
eius vocationem nullam aliam agnoscendam esse.

15. Nalla esse posse miracula, quia
leges naturæ sunt necessariæ, nec ab
alio Ente mutari queunt; & quæcunque talia in Scriptura reperiuntur,
non aliud esse quâm relationes
mala fide traditas, nimirum quatenus
scriptor vel causas naturales, à
quibus ista producta sunt, silentio
involvit, & mendacia quædam ad-
jecit, vel etiam ea imaginatus est
quæ nunquam facta sunt.

16. Dei decreta, mandata & pro-
videntiam nihil aliud esse præternaturæ
ordinem; adeoque cùm Scrip-
tura dicit, hoc vel illud à Deo vel
Dei autoritate factum, nihil aliud
eam revera intelligere quâm quòd id
ipsum secundum leges & ordinem na-
turæ fuerit factum.

17. Quæcunque in libris sacris
narrantur, præter ordinem naturæ,
patrata, à sacrilegis hominibus ad-
jecta esse.

18. Penta-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 7

18. Pentateuchum & Libros Josuæ,
Judicum, Ruthæ, Samuelis & Regum
ab uno eodemque Authore esse com-
positos.

19. Esdram horum librorum scrip-
torem narrationibus in his libris con-
tentis ultimam manum non imposuisse
se, neque aliud fecisse quam histo-
rias ex diversis scripturis colligere, &
quandoque, nonnisi simpliciter descri-
bere, atque eas nondum examinatas
& ordinatas posteris relinquere.

20. Libros *Esdræ* & *Nehemie*, ut &
libros *Paralipomenarū* fuisse confictos à
Saducæis, post instauratum à Juda
Macchabæo Tempi cultum.

21. Estheris librum ab eodem Au-
thore perfectum, qui *Esdræ*, *Nehe-
miae* & *Danielis* libros elaboravit;
idque post reparatum à Juda Maccha-
bæo Tempi cultum; excerptumque
fuisse ex altero libro qui Estheris no-
mine inscribebatur; & cuius mentio
ad calcem noni capitis libri hujus,
sed quem intercidisse ait.

22. Psalmos collectos fuisse, & in
5. libros disperitos in secundo Tem-
plo.

A 4

23. Li-

8 BREVIS SYLLABUS

23. Libros Prophetarum fragmenta esse & rapsodias.

24. Danielis librum à variis Autoribus fuisse exaratum, prima/7. capita ex Chronologicis Chaldæorum libris de promta esse: Eundem esse Authorem Danielis, Estheris, Esdræ & Nehemiæ; & libros hosce, postquam Judas Macchabæus Templi cultum restauravit, scriptos esse.

25. Novi Testamenti libros à privatis ex proprio illorum judicio profectos.

26. Ad nihil nos obligari, nisi quia nos ipsos sponte obligavimus.

27. Virtuti incumbere esse sequi Leges naturæ, & sequi affectus, esse Deum amare.

28. Delirium esse putare Deum aliquas promissiones, vel minas, facere, atque idem esse quicquid de Divinitate sentiamus, & quemcunque ei exhibeamus cultum.

29. Jus absolutum competere iis qui obtinent dominatum, sacra ac Religiones decernendi, determinandi, interpretandi, accommodandi Reipublicæ

CONTROVERSIARUM LIB. I. 9
publicæ utilitati , quantum ad cul-
tum externum.

Refutatus fuit à pluribus , à Mans-
feldio , VVittichio , Heideggero , Veld-
huijso , Museo , Kaypero , Faquclot , Dur-
rio , Baylio , & variis systematum
scriptoribus.

Hobbesius.

Post Spinozam , Hobbesum colloco ,
quia multa habet non minus absurdia ,
undè inter Atheos à multis numera- Le-
tur , quamvis plura doceat quæ ab viath.
Atheis non agnoscuntur . & de
Cive.

Putavit ,

1. Statum naturæ esse statum belli.
2. Jus primævum naturale , in de-
fensionis propriæ jure quibuscum-
que modis , consistere .
3. Religionis semina à quatuor
hisce causis oriri .

- (a) A metu nescio quo spirituum
invisibilium , quos negat .
- (b) Ab ignorantia causarum se-
cundarum .
- (c) A cultu eorum quæ impru-
dentes pertimescimus .

A 5 (d) A

(d) A fortuitorum casuum interpretatione, quasi aliquid in iis esset divini.

4. Deum statuit corporeum.

5. Mosi tribuit, quod *Dei* personam gesserit, hinc Deus fuerit representativè, *Prima* adeo ex Personis tribus Divinis, *Secunda* fuerit *Filius* veniens in mundum, *Tertia*, *Spiritus sanctus* populum *Dei* sanctificans.

6. Actiones, non à justitiâ vel injunctiâ, sed à magnitudine, potentia, successu, viribus superioribus, vel inferioribus esse aestimandas.

7. Supremam cuique Legem esse Legem civilis Poteſtatis, pro divina Lege habendam.

8. Nullam dari certam scientiam status alicujus post hanc vitam, sed niti sola traditione.

9. Ante resurrectionem nullam esse animæ, vel operationem, vel existentiam.

10. Præmium vitæ æternæ justorum respectu, & mortem æternam respectu reproborum in hac terra esse tantummodo expectanda.

11. Vitam beatorum fore similem
vitæ

CONTROVERSIARUM LIB. I. II
vitæ Adami in Paradiso, & ejus felici-
tatis arcem fore Jerusalem terre-
strem.

12. Poenas injustorum in felicita-
tis hujus privatione , calamitatibus
corporeis , & secunda morte posi-
tum iri.

13. Angelos nec esse substantias
corporeas, nec verè subsistere.

14. Non dari incorporeos Dæ-
monas.

15. Novum Testamentum & ejus
præcepta non vim accepisse Legis,
quām ex tempore Constantini Magni.

16. Unum esse articulum creditu
ad salutem necessarium *Jesum esse Chri-
stum;* at cap. 18. de Cive dicit hanc
propositionem alias complecti, nem-
pè *Jesum esse Filium Dei*, natum ex
Virgine, mortuum pro peccatis, *esse*
Christum, id est Regem, resurrexisse,
judicaturum mundum , hominesque
resurrecturos.

17. Deum, cuius potentia fit quic-
quid fit , omnium actionum etiam
malarum *esse causam* , quamvis non
fieri jubeat.

18. Religionis Authores , ne Mo-

A 6 se

12 BREVIS SYLLABUS

se & Christo exceptis, abusos homi-
num metu & ignorantia , ut sibi re-
gnum erigerent.

19. Naturæ Legem, honesti ac tur-
pis discrimen, esse phantasmata.

20. Summam Religionem esse jussa
Potestatum capeſſere.

21. De miraculis in Scripturâ enar-
ratis, & Prophetiis malè sensit.

Adversus eum in Anglia prodiere
censuræ Guil. Lavyſoni , Rob. Filmeri,
Richardi Cumberland , Job. Templeri,
Reverendissimi S. David & Reveren-
dissimi Tennifoni , nunc totius Bri-
tanniae Primatis.

Edoardus Herbert.

- Lib.
de Baro de Cherbury Par Regni An-
Theol. gliæ & Britanniæ, Regibus Jacobo &
Genti- Carolo I. à sacris belli consiliis. Cre-
lic. r. & 15. didit quinque capitibus seu articulis
de quicquid ad universam Religionem
cauſis erro- pertinet , conſtringi.
rum i. Esse supremum aliquod nu-
p. 31. men , non inquirendo quale sit.
& lib. de ve- 2. Colendum esse , sed quemcun-
rit. P. 168. que cultum ad Deum relatum , et si
idolola-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 13
idololatricum & profanum, non esse
improbandum.

3. Virtutem & pietatem esse præ-
cipuas partes cultus divini.

4. Vitia & scelera quæcumque per
pœnitentiam expiari debere.

5. Dari præmium ac pœnam post
hanc vitam.

Adversus eum scripsit Rich. Baxterius
in Angliâ.

Davidis Georgii Hollandi
Sententia.

Ex Hornbeckio, & Ofiandro, ac
Schlusselburgio colligitur, eum di-
xisse,

1. Doctrinam Mosis, Prophetarum,
Christi, Apostolorum esse man-
cam, imperfectam & inutilem, suam
verò efficacem ad beandum homi-
nem.

2. Se verum Christum & Messiam
esse natum, non ex carme, sed ex
Spiritu Christi Jesu.

3. Se Dei tabernaculum, idest Ec-
clesiam, restauraturum, sed non mor-
te & cruce.

A 7 4 Se

4. Se posse peccata dimittere & retinere, imò peccatum in Spiritum sanctum posse condonare, seque judicaturum mundum.

5. Se esse minimum illum, de quo Christus dixit, minimum esse maximum in Regno Cœlorum.

6. Se esse præstantiorem Christo. Aliaque, quæ ignorata sunt, cùm vivebat, sed post mortem Basileæ a. 1552, nota.

De Libertinis.

Hæc secta debet originem suam ab usui doctrinæ de libertate Christianæ & Entusiasmo Anabaptistico.

Auctores ac Duces hujus sectæ sunt *Coppinus*, *Insulanus*, *Quintius*, *Bertrandus*, *Claudius Persevalus*, *Antonius Poquius* sacerdos, *Henricus Nicolai* Monasterio VVestphalus, qui circa annum 1556. instituit familiam *Charitatis*, quique se Moysi, & Christo præferebat.

Eorum dogmata talia fuisse ex variis colligitur.

I. Unicum esse omnium viventium

CONTROVERSIARUM LIB. I. 15
tum Spiritum Dei, ubique diffusum,
& animam nostram nihil aliud esse
quam Dei illum Spiritum.

2. Omnes impulsus hominis fortiores, esse à Spiritu Dei.

3. Peccata ac conscientiae morsus, ut & Gehennæ terrores, esse animi figmenta.

4. Discrimen Religionis consistere quoque in imaginatione.

5. Veram & spiritualem libertatem perinde habere omnia, neque ulla tangi peccati conscientia, sive religionis scrupulo: Oportere ut unusquisque se se Spiritui Dei ducendum committat.

6. Libertatem non permittere, ut quis se patiatur adstringi ad Scripturam, multò minus ad leges humanas, & ad certæ Religionis Regulam seu communionem.

C A P U T II.

De Iudeis.

C Redunt, i. Præter Legem scriptam à Mose, dari aliam Legem oralem

16 BREVIS SYLLABUS.

oralem divinæ originis , quæ ad posteros propagata fuit orali traditione , quam pari pietatis affectu venerantur . Negant tamen illud *Carraite*.

2. *Thalmud Iudaicum*, tam librum *Mishchniæ* collectum à R. Juda circa a. C. 150. quam *Gemaram* partem alteram Thalmudis Babylonici absolutam circa a. 500. (præter Thalmud Hierosolymitanum , quasi auctiorum libri *Mishchnæ* , auctore R. Juchanan a. 230.) esse authoritatis ac certitudinis divinæ ad probanda & fundanda fidei dogmata & vitæ instituta . Ex Eccl. X. 8.

3. Libros V. T. esse tantum recipiendos , repudiatis Libris N. Testamenti .

4. Mysterium Trinitatis negant , & Deo multa absurdæ & ridicula affingunt , ut flere , lectioni *Thalmudis* variare &c.

5. Dæmonas à Deo creatos esse spiritus malos secundâ die creationis , unâ cum inferno , Eosdemque esse spiritus sublunares , substantias corporeas , aëreas & igneas .

6. Animas humanas creatas esse omnes

CONTROVERSIARUM LIB. I. 17
omnes simul die primo, simul cum lu-
ce, creatas esse pares sive conjuges,
animam maris & feminæ conjunctim.

7. Legem falsis, ineptis, & absur-
dis glossis corrumpunt.

8. Existimant omnem imaginum
usum, etiam eum, qui memoriae tantum
inservit, esse illicitum.

9. Blasphemiam committi pro-
nuntiando nomen **nhm**.

10. Die Sabbathi ab omni opere
etiam **eo**, quo salus proximi promove-
tur, abstinentium esse.

11. Legem credunt datam fuisse, ut
Israëlitæ ejus observatione justifica-
rentur coram Deo, per eam aeternum
viverent, ac mercedem obedientiae
sua consequerentur.

12. Leges ceremoniales & forenses
datas esse, ut essent observantiae aeternae,
juris perpetui & immutabilis. In-
primis Legem de *circumcisione* & de
sabbatho, ut & de *abstinentia à cibis im-*
mundis.

13. Messiam nondum advenisse.

14. Messias duos fore, alterum fi-
lium *Josephi* vel *Ephraimi*, *Nehemia*
nomine, vilem, occidendum in pre-
lio

18 BREVIS SYLLABUS

lio contra *Gog*, vel *Magog*, ab Armillo
Duce filiorum Edom seu Christiano-
rum, sed tamen postea, à successore
suo è mortuis suscitandum. Alterum
filium Davidis Regia maiestate conspi-
cuum, cui X I I. Tribus subjicien-
dæ erunt, Regesque terrarum.

15. Messiae regnum fore terrenum,
mundanum, externum, carnale.

16. Jesum nostrum non esse verum
Messiam, nec resurrexisse.

17. Nostram justificationem & pec-
catorum expiationem non quæren-
dam in obedientiâ nostri Jesu, sed in
pœnitentiâ, in festo expiationis, in
Dei misericordia, in afflictionibus,
in morte.

18. Animas justorum è corpore
egressas migrare per μεταψυχωσιν in
corpora alia humana, saltem tribus
vicibus; impiorum migrare in bruta
corpora: Non tamen omnes id cre-
dunt.

19. Resurrectionem fore particu-
larem quorundam tantum, impiis,
in morte mansuris, paucis exceptis:
Non ita tamen sentiunt omnes Ju-
dæi.

20. Israë-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 19

20. Israëlitarum resurrectionem,
qui procul à Terra sancta mortui
sunt, fore devolutione corporum per
meatus subterraneos in terram Israë-
lis, ac futuram beneficio cuiusdam ossi-
culi in corpore humano.

21. Reductum iri Israëlitas per
Messiam in terram sanctam, instaur-
atum iri Hierosolymam, & tertium
Templum, restituendum cultum Le-
galem, & Israëlitis cessurum totius or-
bis imperium.

Qui circa has controversias plenè
eruditiri vult, legat Raymundi Martini
Pugionem fidei; Petrum Galatinum;
& opera Fagii, Brouthoni, Helvici,
l'Empereur, Schickardi, Buxtorfi, Coc-
ceji, Mulleri, Hulsi, Lentii, Hachspä-
ni, Cappelli, Limborchii, Frichmuthii,
Carpzovii in notis ad Schick. Gouffeti &
Episcopi Huerii, Hoornbeckii, VVagensei-
lii, Hottingeri, Simonii, Relandi & Bas-
nagii, in historia Judæorum; Berto-
locii Biblioth. Rabb. &c.

CAPUT

C A P U T III.

De Muhammedanis.

C Redunt,

1. *Muhammedem*, qui seculo VII. vivebat, esse postremum Apostolum à Deo missum Prophetam, cuius Christus prædixit adventum, ut & Moses Deut. XXXII. 2. Joh. XVI. 17. in cœlos per animal quoddam *Elmaparac* noctu ascendiſſe, & accepisse à Deo revelationem.

2. Scripturam V. & N. T. à Christianis & Judæis corruptam esse, ita ut pro fidei principio amplius agnoscí nequeant.

3. Alcoranum esse librum Divinum, & omnium legum perfectissimam.

4. Negant Trinitatis mýsterium ac Deum filium habere.

5. Christum magnum Prophetam agnoscunt, sed meram creaturam.

6. Christum pro peccatis mundi nunquam fuisse mortuum, sed ipsius loco

CONTROVERSIARUM LIB. I. 21
loco alium, ipsum verò vivum in
cœlos receptum fuisse.

7. Homines non ex fide in Christum, sed ex operibus Legis Mosaïcæ vel Alcorani, servari : Opera in Alcorano præscripta sunt preces, quinquies vel septies conceptæ quotidie, peregrinationes votivæ *Mechem*; redemptions captivorum, lotiones, Eleemosynæ, Temporum structuræ, jejunium per mensam *Ramadanum*.

8. Circumcisionem retinent.

9. Polygamiam & divorcia permittunt.

10. Vitam æternam in meritis delli-
cias & voluptatibus carnalibus, col-
locant, non omnes tamen.

11. Peccata expiari pœnitentiâ, sup-
plicatione ad Deum, credunt.

12. Deo corpus tribuunt, ut & An-
gelis.

Legendum Cl. Relandi Compend.
Theol. Muhammedicæ.

CAPUT



CAPUT IV.

De Pontificiis.

C Redunt,

1. S. Scripturæ authoritatem, quod ad nos attinet, dependere à testimonio Ecclesiæ, & propter illud testimonium nos de hac Scripturarum autoritate firmiter esse persuasos.

2. Ex fortuitis occasionibus scriptum esse verbum Dei.

3. Extra illud verbum scriptum dari aliud verbum non scriptum, seu traditiones ἀγρότες, quæ pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda sunt ac Scriptura Sacra.

4. Propter libros, quos Canonicos vocamus, alios adhuc esse admittendos, scilicet libros *Tobie*, *Indith*, *Sapientiae*, *Ecclesiastici*, *Baruchi*, *Machabaeorum* I. & II. additamenta ad *Espheram* & *Danielem*. III. *Esra* & eos, quos pro Apocryphis habemus, esse authoritatis Divinæ.

5. Vete-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 23

5. Veterem Latinam versionem,
alias vulgatam, habendam esse pro
authenticā, nec quovis prætextu re-
jiciendam: Quod tamen ab omnibus
non asseritur.

6. Scripturam esse obscuram.

7. Judicem controversiarum sum-
mum in terris esse, vel Romanum
Pontificem, vel Concilium genera-
le à Papa iudicatum, decretum, con-
firmatum.

8. Scripturam Sacram hunc in finem
Ecclesiæ propriè datam esse, ut esset
commonitorium tantum utile ad con-
servandam doctrinam fidei & vitæ,
non verò ut esset unica norma ad
quam ultimò credenda & facienda
exigenda sunt.

9. Dari scientiam in Deo conditio-
natam *seu medium*, quâ ante omne de-
cretum cognovit Deus quid futurum
esset, si talis conditio poneretur. Affir-
mant quidam, non omnes.

10. Deum prædestinasse ab æterno
homines ad gloriam ex prævisione
bonorum operum, seu meritorum de
condigno, & ad gratiam ex prævi-
sione boni usus liberi arbitrii à Gra-
tiâ

tiâ adjuti , vel meritorum de con-
gruo. Non omnes tamen ita sen-
tient.

11. Primum hominem in statu pu-
ræ naturæ creatum obnoxium fuisse
primis concupiscentiæ motibus, mor-
bis, languoribus; & justitiam origina-
lem concessam homini ut frænum re-
primendis concupiscentiæ motibus &
ut remedium naturæ languentis. Cre-
dunt quidam Pontificii.

12. Liberum hominis arbitrium in
statu peccati non esse ita servum
peccati , ut non possit absque specia-
lis gratiæ adjutorio se se determina-
re ad bonum spirituale : Affirmant
nonnulli Pontificii.

13. Peccata actualia , alia esse mor-
alia, alia venialia, non ex eventu, sed
suâ naturâ & ex imperfectione ope-
ris.

14. Animam Christi à primo ortu
nihil ignorasse.

15. Christum in cruce passum des-
cendisse secundum animam ad loca
infra terræ viscera , qualia sunt Lim-
bus Patrum, Limbus infantum , Purgato-
rium, & Gehenna.

16. Gra-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 25

16. Gratiam sufficientem omnibus
concedi ad fidem & salutem, affir-
mant plerique, non omnes Ponti-
ficii.

17. Dari plures Mediatores inter-
cessionis.

18. Bonum atque utile esse suppli-
citer invocare Sanctos, & ob bene-
ficia impetranda à Deo per Filium
ejus J. C. Dominum nostrum, ad eo-
rum orationes, opera, auxiliumque
configere.

19. Sanctorum Martyrum, & alio-
rum cum Christo viventium sancta
corpora, quæ viva membra fuerunt
Christi, & templa Spiritus Sancti, ab
ipso ad aeternam vitam fuscitanda &
glorificanda, à fidelibus esse vene-
randa, per quæ multa beneficia à
Deo hominibus præstentur; Eos proin-
de qui affirmant sanctorum reliquiis
venerationem atque honorem non
deberi, vel eas, aliaque sacra monu-
menta à fidelibus inutiliter hono-
rari, atque eorum opis impetrandæ
causâ, Sanctorum memorias frustra
frequentari, omnino esse damnan-
dos.

B

20. Uti-

26 BREVIS SYLLABUS

20. Utilem quoque imò utilissimum
cultum B. Virginis, cuius quidam im-
maculatam conceptionem prædicant.

21. Utile esse etiam colere Ange-
los.

22. Imagines Christi , Deiparæ
Virginis & aliorum Sanctorum in
Templis præsertim habendas, retinen-
das, eisque debitum honorem & ve-
nerationem impertiendam; non quod
credatur inesse aliqua in iis divinitas
vel virtus, sed quoniam per imagi-
nes quas osculamur , & coram quibus
caput aperitur & procumbitur, Chri-
stus & Sancti adorantur. Quidam ta-
men inter Pontificios credunt eum-
dem cultum esse imaginum atque
exemplarium,imaginem Christi ado-
randam adoratione latriæ ; imagi-
nem B. Virginis adoratione hyper-
duliae ; aliorum sanctorum imagines
adoratione duliae.

23. Cultum latriæ deberi cruci cre-
didit Thomas P.3.q.25. a.4. & die Ve-
neris antepaschali lignum crucis ado-
ratur.

24. Dies festos cultui divino publicè
dicatos necessarios esse necessitate præ-
cepti

CONTROVERSIARUM LIB. I. 27
cepti sub N. T. & posse Sanctis Re-
ligiosè dicari.

25. Justificare idem esse ac justum
facere, & rationem formalem no-
stræ justificationis consistere in dono
quodam habitualis justitiae, seu insu-
fione gratiæ & charitatis.

26. Deum cuilibet pœnitenti re-
mittere solummodo culpam, & rea-
tum pœnæ æternæ , ac satisfacien-
dum esse justitiæ divinæ pro peccatis
venialibus , & pro reatu pœnæ tem-
poralis per satisfactiones, seu pro-
priias, seu alienas , vel in hac vita,
vel in futura, & quidem in *Purga-*
torio.

27. Præter satisfactiones alienas
privatas, dari publicum Thesaurum
satisfactionum, conflatum ex super
abundantibus Passionibus Christi &
Sanctorum, in sola Romana Ecclesia
asservatum, unde distribuuntur In-
dulgentiæ.

28. Opera, alia esse meritoria ex
congruo , alia ex condigno ; credunt
Pontificii, non omnes tamen.

29. Juvari ipsos fideles defunctorum
fidelium vivorum suffragiis.

30. Jejunium , orationes , peregrinationes, eleemosynam, esse opera meritoria.

31. Jejunium consistere in cibi potusque parcimoniam vel delectu, aut in abstinentia à certo ciborum genere, statis Temporibus dictis Quadragesimæ, quatuor Temporum, Adventus, Rogationum, Sabbathi, Vigiliarum, Feriæ IV. & VI.

32. Vota Monastica , perpetuæ continentia , voluntariae paupertatis & regularis obedientia esse licita.

33. Omnem verè fidem posse totaliter & finaliter excidere gratiam adoptionis , verâ fide & justificatione.

34. Fidem non posse esse certum de sua justificatione , & de remissione peccatorum , nec de fide sua.

35. Membra veræ Ecclesiæ esse eos omnes qui fidem Christianam exterrnam profitentur , sub externo regimine Papæ , et si sunt hypocrita.

36. Notas veræ Ecclesiæ esse nomen Ecclesiae Catholicæ, antiquitatem

CONTROVERSIARUM LIB. I. 29
tem, durationem nunquam interrup-
tam, multitudinem credentium, suc-
cessionem Episcoporum, conspira-
tionem in doctrinâ cum Ecclesiâ an-
tiquâ; miracula; Prophetias, unio-
nem membrorum externam cum ca-
pite & inter se, sanctitatem doctri-
næ, efficaciam ejusdem, vitæ san-
ctimoniam confessionem adversario-
rum, infelicem exitum hostium Ec-
clesiæ, felicitatem externam & tem-
poralem.

37. Ecclesiam Romanam esse in-
fallibilem, saltem in quæstionibus
juris & de fide.

38. Ecclesiam veram esse semper
visibilem ratione formæ externæ, ex-
ternæ gubernationis sub uno visibili
capite, ita ut habeat semper suos
cœtus publicos & omnium cognitio-
ni expositos.

39. Petrum Apostolum constitu-
tum à Domino fuisse in Dominum
& caput Apostolorum.

40. Papam Romanum esse unicum,
ac legitimum Petri in Oecumenico
Pontificatu successorem, atque esse
caput visibile totius Ecclesiæ.

B 3 41. Qui-

41. Quidam Pontificii credunt Papam esse superiorem Concilio, omnia Conciliorum statuta ac decreta à Papæ confirmatione, habere auctoritatem, certitudinem ac obligandivm; Eum quando ex Cathedra pronunciat, esse infallibilem, omnibus potestatibus secularibus esse superiorem; ei competere jus regna mundi conferendi & auferendi. Alii negant.

42. Pontificem Romanum posse pios demortuos canonizare.

43. Jus eligendi, vocandi, aut mittendi Presbyteros ad sotos Episcopos pertinere, & jus eligendi Episcopos, ad Papam Romanum.

44. Nostros Reformatores nullam missionem habuisse legitimam.

45. Personis Ecclesiasticis esse interdictum matrimonium, & imperatam legem perpetui ccelibatus.

46. Animas fidelium non satis in hac vita purgatas, igne purgatorio purgari.

47. Ad Sacramenti validitatem vel efficaciam necessariò requiri intentionem ministri: quidam hodiè negant.

48. Sacra-

48. Sacraenta N. T. esse vehicula gratiam continentia, & conferre regenerationis ac justificationis gratiam ex opere operato.

49. Sacraenta N. T. esse septem, & præter Baptismum & Cœnam, esse Confirmationem, Pœnitentiam Sacerdotalem, Extremam unctionem, Ordinis characterem & Matrimonium.

50. Baptismum esse necessarium necessitate medii, ita ut ejus privatio infantes regno Cœlorum excludat.

51. Posse administrari à Laïcis vel fœminis.

52. Baptismum cum confirmatione & ordine imprimere characterem indeleibilem, & tollere in homine baptizato omnem maculam.

53. In Eucharistia, per verba institutionis, verum Christi corpus verumque sanguinem esse corporaliter, ac substantialiter præsens sub remanentibus accidentibus panis & vini, per horum transubstantiationem.

54. Cum panis & vinum per consecrationem verè transubstantien-

B 4 tur

32 BREVIS SYLLABUS

tur in corpus & sanguinem Domini , latriæ cultum, qui verò Deo debetur sanctissimo huic sacramento præstare omnes fideles debere.

55. Eucharistiam esse sacrificium verè ac propriè sic dictum , licet in cruentum , idemque propitiatorium pro peccatis viventium & mortuorum.

56. Sufficere tradere fidelibus Lai-
cis & Clericis non conficientibus
symbolum panis , Calice soli sacer-
doti relicto.

57. Unumquemque adulterum & ba-
ptizatum debere , ex mandato Christi
& divino jure confiteri in aurem sa-
cerdotis peccata sua, omnia saltem
mortalia , etiam occulta , idque cer-
tis temporibus.

58. Confitenda esse peccata in Mis-
sa etiam beatæ Virgini , Michaëli
Archangelo , beato Johanni Bapti-
stæ &c.

59. Sacerdotem jus habere ab-
solvendi peccatores qui confiten-
tur.

Contra Pontificios omnes ferè Do-
ctores Lutherani & Reformati qui scri-
ptis

De Jansenistis.

Quandoquidem magnum nomen sibi compararunt Jansenistæ in Ecclesia Romana, ita dicti à Jansenio Yprensi Episcopo, qui obiit an. 1638. non pigebit quædam de iis peculiarter notare.

Ac 1. referendæ sunt illæ 5. Propositiones; celebres, quas Innocentius X. an. 1653. die 9. Junii, ex Jansenii Augustino excerptas, bulla Papali damnavit.

1. Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus, secundum præsentes quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia quâ possibilia sunt.

2. Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

3. Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

4. Semi-Pelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neces-

B 5 sitatem

sitatem ad singulos actus , etiam ad initium fidei : Et in hoc errant hæretici quod vellent eam gratiam tallem esse , cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.

5. Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Celeber. Leydeckerus in historia Jansenismi summam Theologiae Jansenianæ, oppositæ vulgaribus Romanorum placitis ad duodecim hæc refert dogmata, quæ ex Jansenii Augustino elicuit.

I. Homo primus necessariò cum gratiâ , quâ Deum amare, & tendere ad summum bonum posset, creari debuit : Itaque justitia ipsi non supernaturalis , sed naturalis fuit: Unde pessimè errarunt Pelagiani, quando statum puræ naturæ absque moralibus dotibus confinxerunt, in quo fuerit naturalis ignorantia , concupiscentia, rebellio carnis , & spiritus, corporis infirmitas & mortalitas.

II. Peccatum non potest non puniri

niri à Deo , adeoque datur peccatum puniendi necessitas; non inde, quod ita Deus sua voluntate constituerit , sed ex æterna lege , quæ ipse Deus est. Itaque nihil mali creaturæ , quæ bona debuit primum creari, accidere potest, nisi ex Dei justitia, peccatum necessariò puniente , & mors nonnisi est pœna peccati.

III. Per peccatum in statu naturæ lapsæ amissa est indifferentia ad bonum & ad malum: Hinc libertas arbitrii captiva evasit , & servituti obstricta, subjecta concupiscentiæ dominatui , & tyrannidi Diabolicae, adeoque periit, non modò ad agendum bonum, verùm etiam ad abstinentium à malo , invectâ ad peccatum necessitate.

IV. Nullum est verè bonum opus, seu vera virtus nulla est , nisi quæ fiat ex amore Dei, justitiæ , ultimique finis. Hinc cùm amor creaturæ , mundi , & cupiditatis in omnibus infidelium operibus , principatum teneat , non est in ipsis verè bonum opus , habentque illi virtutes

36 BREVIS SYLLABUS
tes non veras, sed verisimiles.

V. Libertas arbitrii est potestas
agendi quod velis , nec ad eam re-
quiritur indifferentia ad bonum & ad
malum , quod ex libertate Dei , bea-
torum & Diabolorum apparet. Quin
etiam sicut libertati ad bonum nihil
derogat impotentia ad malum , sic
libertati ad malum non derogat im-
potentia ad bonum.

V I. Libertati non repugnat auxiliū
divini indigentia : Imo nisi per gra-
tiam liberetur , non nisi ad peccan-
dum valet , cùm homo lapsus in se
nihil habeat nisi peccatum & menda-
cium , juxta Concilii Arauficanī Ca-
nonem : & per gratiam Medici Ser-
vatoris liberari debet anima , ut fiat li-
bera ad bonum , servaque iustitiae , hīc
in gratia , & tandem in pace , id est
gloriā.

VII. Gratia ista Servatoris non
tantum dat posse benè operari , sed
etiam ipsum velle , quod possumus ;
eaque est sic ipsa efficax , & victrix ,
cum sit potentissima libertatis ægrotæ
per omnipotentem medicum sana-
tio.

VIII. Om-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 37

VIII. Omnis gratia medicinalis à se ipso est efficax, nec est ulla univer-
salis sufficiens quæ omnibus detur, &
quâ possint se convertere si velint:
Illa potius, quæ vulgo talis à schola-
sticis statuitur, monstrosa est, nec illi à
contradictione se exsolvere possunt,
qui sufficienti efficacem superaddunt.

IX. Gratia medicinalis consistit in
cœlesti suavitate & spirituali delecta-
tione, quâ voluntas flestitur ad id
agendum quod bonum est; nec suffi-
cit illa quæ ad intellectum modò per-
tingit: illa enim non valet volunta-
tem sub peccato captivam liberare:
Imò ista gratia ad omne bonum opus
est necessaria ut sit verè bonum; nec
ullum prorsus bonum opus ab homine
lapso fieri possit, nisi per medicinalis
gratiæ inspirationem à concupiscen-
tia dominata liberetur & sanetur.

X. Gratia etiam ista fideli necessa-
ria est, ut hīc & nunc bonum opus fa-
ciat, peccata evitet, temptationibus
resistat, easque vincat & supereret,
ad eoque quam maximè ad perseve-
rantiam perducat: Hic sanè illius
gratiæ effectus est.

B 7

XI. Gra-



X I. Gratia illa datur ex æterno, immutabili, singulari Prædestinatio-nis consilio. Illa verò antecedit omnia opera, quin potius ex eâ datur gratia, quâ bonum opus fieri queat: Est enim præparatio gratiæ & gloriæ.

X II. Christus ex isthoc Prædesti-nationis consilio mortuus, solum pro electis mortuus est, eo fine ut salven-tur: neque omnes adeò indifferen-ter redemit, ut ex æquo servari pos-sint, licet reprobi ejus morte gratiam, sed transitoriam percipient. Crede-bat enim *Jansenius* reprobris ex morte Christi gratiam dari, quæ veram re-generationem & fidem produceret, nec tamen perseverans esset, Deo subtrahente certis de causis gratiam; undè affirmavit verè sanctos & fide-les plurimos planè & in æternum defi-cere; ac proindè neminem de sua sa-lute certum esse posse, licet foret de sua conversione & fide persuasus: Ha-ctenus Leideckerus celeberrimus. Facile est igitur Reformatis jam in-telligere in quo convenient cum Jan-senistis circa has propositiones, & in quo dissentiant,

De

De Sententia Richardi Simonis.

Nec ingratum erit, ut opinor hic
referre sententiam viri Doctissimi &
celeberrimi *Richardi Simonis.*

Credit,

1. Pentateuchum à Mose ipso non
totum conscriptum esse, sed tantum
Leges.

2. Institutos à Mose fuisse ad imi-
tationem Ægyptiorum Scribas seu
Actuarios publicos dictos Prophetas,
qui in acta referrent omnia, & ab iis
scriptos maxima ex parte libros Mosi
adscriptos, & libros hodiernos esse
tantum auctorum veterum compendia.
Hinc orta confusio in ordine, in tem-
poribus; hinc multa interpolata ex
modo scribendi antiquo in exiguis
Philyris volvendis aliis supra alias;
hinc tot obscura, tot menda.

Adversus eum plures scripserunt,
sed inter alios *Spanhemius* uterque, *Il-*
lustrissimus Baro & *Celeberrimus* Theo-
logus, *Cl. Heideggerus*, *Doct. Dupin*
in Biblioth. Eccles. & plures systema-
tum scriptores.

CAPUT

C A P U T V.

De Anabaptistis.

Eorum error sparsus ab anno 21. vel 23. seculi XVI. Vocantur aliquando *Anabaptistæ* ob iteratum baptismum quo sibi aggregandos vel excommunicatos quoscunque denuo tingunt; Aliquando *Catabaptistæ* ob impugnationem baptismi infantum, ut inutilis; Aliquando vocantur *Fanatici*, *Novi Evangelistæ*, *caelestes Prophetæ*, *Enthuſiaſtæ*. In varias sectas dividuntur; Vocantur ab Authoribus, à *Tooma Muntzero*, *Munsteriani*, à *Johanne Hutt*, *Huttitæ*, ab *Augustino Bohemo*, *Augustinianiani*; à *Mennone Simonis*, ex pago *Frisiæ* oriundo, *Mennoniſtæ*; ab *Hofmanno quodam*, *Hofmannianii*; à *Gabriele Scherdingo*, *Gabrielitæ*; à *Jacobo Huttero Hutteriani*. A vita genere vocati sunt *Apostoli*, quod se *Apostolos* imitari jactarent; *Podoniptæ*, quod pedes sibi invicem lavarent; *Separati* & *spirituali*

les

CONTROVERSTARUM LIB. I. 41
les quod singularitatem affectarent in
vestitu, cibo, somno, incessu; *Catha-*
ri sive *Puri*, quia adultos suæ sectæ
sine peccato esse dicebant; *silentiarii*,
quia rogari de Religione siluerunt:
Euchetae, quia precibus operam dabant;
Adiaphorista quod actus externos mi-
nisterii inter res medias & liberas re-
ferebant. *Libertini*, quia se ab omni-
bus tributis, legibusque politicis,
omnique servitute à Christo fuisse
exemptos dicebant; undè quidam
uxores communes habere dicuntur;
Adamita, quia instar Adami nuditatem
affectabant; *Abecedarii*, quia litera-
tos reprobabant. *Fratres Charita-*
tis &c.

Duces Catabaptistarum in Germa-
nia fuerunt *Nicolaüs Storch*, *Thomas*
Muntzerus, *Marcus Stubnerus*, *Mar-*
tinus Cellarius.

Non omnes eodem modo sen-
tiunt;

Sunt qui à Reformatis dissentient
tantum in istis,

i. Credunt non licere homini
Christianu sub Nova Oeconomia ci-
vilem Magistratum gerere; talem ci-
vilem

42 BREVIS SYLLABUS
vilem esse abrogandum, Christum so-
lum in Regno sancto in terris cum
suis esse regnaturum.

2. Nefas esse homini Christiano
litigare, capitis poenam statuere, bellum
indicere vel gerere, tributa exigere: Ex-
istimant tamen nefas esse resistere Ma-
gistratui ordinato, ex Lege tolerantiae,
patientiae, obsequii, amoris etiam in ho-
stes &c.

3. Non esse juramentum præstan-
dum; permisum hoc fuisse tantum
Patribus sub V. T. ad confirmationem
veri; à Christo verò sub N. T. planè
prohibitum; Juramentum esse opus
carnis non spiritus.

4. Paedobaptismum esse inven-
tum humanum à Nicolao Pontifice
institutum; idolum abominandum ut
dicit Menno.

5. Baptismum administratum ab
aliqua ex Christianis Ecclesiis esse ite-
randum, quum infantes attigerunt
annos discretionis, ab iisque expeten-
dum, qui primùm sunt ad S. Cœ-
nam admittendi, vel qui transiunt
ad novam Anabaptistarum synago-
gam sectamve, aut qui excommuni-
cati

CONTROVERSIARUM LIB. I. 43
cati denuò ad Ecclesiam recipiuntur.

6. Cœnam non administrandam,
nisi perfectis.

7. Corpus Christi formatum fuisse,
vel ex essentia Patris ejusque semine,
vel ex verbo Dei, vel ex ignota ali-
qua materia, vel ex cœlo delapsum
esse.

8. Idiotas posse gerere vices Pa-
storum; literarumque studium, lin-
guas, disciplinas, non esse necessarias,
ut quis sit ad docendum idoneus.

9. Ministris non deberi stipendia,
sed tantum eleemosynas, si sint indi-
gentes.

10. Subjectum potestatis Ecclesia-
sticæ esse totam congregationem;
omnia Ecclesiæ membra, utriusque
sexūs, iis solis exceptis, qui scanda-
lum dedere, non verò Pastores.

11. Satius esse Ministrum tacitè, vel
submissa voce cum reliquis pre-
cari.

Alii verò dantur, qui plura alia dog-
mata tuentur.

1. Præter Dei verbum scriptum, esse
aliud verbum internum, peculiares
Enthusiasmos, privatas revelationes,
Ange-

44 BREVIS SYLLABUS

Angelorum colloquia, somnia ~~ad-
teutum~~, Dei immediatas voces pa-
ris cum Scriptura authoritatis.

2. Verbum Dei sine prophetiis
Anabaptisticis intelligi non posse.

3. Non constare Prophetas & Apo-
stolos fuisse immediatè ac peculiariter
afflatos à Spiritu sancto, ut nec erra-
rint in doctrinā, nec errare potuerint;
ac proindè eorum scripta esse explo-
randa secundum Dei Spiritum.

4. Nullum amplius usum esse libro-
rum V. T. sub N. Fœdere: quidam
tamen hoc negant.

5. Libros N. T. corruptos esse in
omnibus linguis.

6. Intelligendam esse Scripturam
in sensu mystico juxta proprium cu-
jusque spiritum.

7. Deum esse mutabilem quoad
essentiam, quidam afferuerunt.

8. Quidam etiam negant Trinita-
tem & volunt unicam esse personam
quæ tria habeat nomina, Patris, Fi-
lli ac Spiritus sancti.

9. Quidam credunt Verbum fa-
ctum esse carnem per conversionem.

10. Non dari peccatum originis
&

CONTROVERSIARUM LIB. I. 45
& Adamum sibi soli peccasse, ac
proinde infantes nasci sine peccato.

11. Sunt qui credunt Christum
passum esse suā Divinitate.

12. Alii negant esse Deum, sed vi-
rum sanctissimum ac innocentissimum
martyrem: Sunt qui credunt suffice-
re credere Christum natum ex beata
virgine & verè esse Christum filium
Dei qui in mundum venturus erat;
De aliis rebus non percontando: pu-
tant tamen illi, fuisse in gloria apud
Deum Patrem, antequam mundus
visibilis esset, & omnia fuisse ab eo
creata.

13. Non satisfecisse pro peccatis,
fuisse solummodo novum Legislato-
rem, qui perfectiores Leges tulerit
quam Moses, ac dedisse vitâ & mor-
te sua perfectum obedientiæ atque
patientiæ exemplar.

14. Sunt qui accusantur putare re-
natos esse prorsus liberatos à Lege,
quin amplius peccare non posse, quam-
vis contra legem Dei agant.

15. Quidam etiam accusantur cre-
dere communionem uxorum.

16. Omnia Christianorum debere
esse communia.

17. Ve-

46 BREVIS SYLLABUS

17. Veram Christi Ecclesiam constare ex verè perfectis, quamvis non immunibus à peccatis ignorantiae &c.

18. Ex sola charitate, pietate, ut præcipuâ notâ, judicari posse de cœtu aliquo visibili.

19. Licere ab uxoribus propter diversam Religionem secedere, & cum alia in Religione non dissentiente matrimonium contrahere.

20. Fructum ministerii pendere à puritate Pastorum.

21. Cum excommunicatis etiam pœnitentibus nullam amplius esse debere societatem, neque naturalem neque conjugalem, neque œconomiam, neque politicam.

22. Animas post excessum à corpore destitui omni intellectione, cogitatione, dormire usque ad novissimum diem.

23. Judæos antè ultimam Diem in terram Canaan reducendos, politiam eorum restaurandam, Martyres & Sanctos fuscitandos, *Regnum Millennium erigendum.*

24. Corpora non eadem resurrecta, sed convertenda in substantias spiri-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 47
spirituales, carne destitutas.

25. Damnatos ac Diabolum tandem salvatum iri, quidam credunt.

De Anabaptistis scripsrunt, *Lu-*
therus, *Melancthon*, *Justus Menius*,
Zwinglius, *VVigandus*, *Oecolampadius*,
Urbanus, *Regius*, *Henr. Bullingerus* &
Martinus Mycronius; *A Lasco*, *Gu-*
don de Brés, *G. Cassander*, *Calvinus*,
Schlüsselburgius, *Hunnius*, *Sleidanus*,
Osiander, *J. Botsaccus*, *J. Mullerus*,
Frider. Seylerus, *Vbbo Emmius*, *Joh.*
Tayus, *Lambertus Hortensus*, *Herman.*
Faukelius, *Cloppenburgius*, *uterque Span-*
hemius, *Kromayerus*, *Abrah. à Dorelaer*,
Henr. Hammondus, *Joh. Fabricius*, *Cas-*
par Calvorius; *Hoornbeckius*, *Eph. Pa-*
getus, *Th. Edoardus*, *Alex. Ross*, *Th.*
VVeldus. *Joh. Henr. Vriginus*, *Joh. Ottias*
Tigurinus, omnes locorum commu-

nium scriptores.

Legique possunt colloquia *Franco-*
thaliense a 1571. *Embdanum* 1578. *Leo-*
vvardiense 1598. *Confessiones Menn-*
nirica, *Nicolui Nicolai*, *Jac. Outermans*.

Sententia Schuvenfeldianorum.

Caspar Schuvenckfeldius de Ossing,
nobilis

48 BREVIS SYLLABUS
nobilis Silesius circa annum 1527. Anabaptistarum E'vangelia's amplexus,
eisdem , sua dogmata superstruxit;
ad stipulatores nactus Crautvaldum
Canonicum, & Johannem VVernerum
concionatorem , mortuus a 1561 in
Suevia.

Has opiniones inter alias tribuit ipsi
Osiander cent.16. ex Schlusselburgio.

1. Per externum verbi Dei ministerium & prædicationem homines non converti , regenerari , salvari; absque eo etiam homines servari posse.

2. Homines non esse obligatos ad audiendam verbi Dei prædicacionem.

3. Negavit huimanam naturam in Christo esse creaturam, & asseruisse dicitur humanitatem Christi post resurrectionem per omnia exæquatam esse divinæ naturæ , ita quidem ut jam humana Christi natura divinæ per omnia sit æqualis.

4. Ministerium Concionatoris vitiōsi non esse efficax

5. Omnes Patres V. T. antè Christum ivisse in inferos , ibique detentos

CONTROVERSIARUM LIB. I. 49
tos usque ad Christi resurrectio-
nem.

Plures errores Anabaptistarum ad-
misit.

Ultra quinquaginta libros fanati-
cos edidit, & multas privatas Epi-
stolas.

Ejus symbolum eximum fuit, Nil
Christo triste recepto.

C A P U T VI.

Sententia

VVeigelii & VVeigelianorum.

Philippus Theophrastus Paracelsus,
alias Bombast natione suevus, qui
obiit an. 1541. postquam iparsisset suos
errores de statu Adami, de origine
Christi, de resurrectione mortuorum, ha-
buit inter discipulos suos Valentiniūm
VVeigelium Misnicum, qui circa an-
num 1612. famosæ sectæ author fuit,
in lucem editis Astrologiā Theologiza-
ta, *Captura aurea*, (Gulden Griff)
gr̄ub̄i reatuō, Postilla, libro, de loco mun-

C di,

50 BREVIS SYLLABUS
di, *Theosophia* &c. Huic accensentur
fratres *Rosæ crucis*, quorum Dux
primus venditatur *Christianus*, *Rosen*
Creutz Germanus, natus an. 1378.
mortuus an. 1484. & quorum publica
scripta, *Fama fraternitatis*, *Confessio*,
Reformatio Universalis, *Tiniinnabulum*
Sophorum, *Fortalitium scientie*. Iis an-
numerantur *Jacobus Bohm* futor Gor-
licensis natus an. 1575. mortuus an.
1624. *Esaias Sieffel*, *Ezechiel Meth*,
qui se ob internum substantiale in-
habitans lumen vocabat *Christum*,
verbum Dei, *Michaëlem* & *Alii plu-*
res.

Quibusdam placet deducere ori-
ginem *VVeigelianismi* seu *Theologiae*,
Pseudomystica, vel à *Mercurio Trisme-*
gisto, qui ipse *Noah*, à quibusdam
VVeigelianis vocatur; vel à *Pytha-*
gora, ac *Platone*. Addunt seculo IX,
eam sequutum *Erigenam Scotum*,
seculo XII. *Hugonem* & *Richardum*
de *Santo Victore* & *Bernhardum*; se-
culo XIII. *Thomam Aquinatem* &
Bonaventuram, seculis XIV. & XV.
Tatlerum Rusbrockium, *Bernhardinum*,
Senensem Laurentium Justinianum, *Dio-*
nygium

CONTROVERSIARUM LIB. I. 51
nysium Carthusianum, Thomam à Kem-
pis, Heinricum Harphium, Marcellum
Ticinum: His accensent Iohan. Theo-
philum Sacerdotem ac custodem or-
dinis Teutonici, auctorem Theolo-
gie Germanicae, ut creditur, circa an.
1660. Iacobum Tauben Concionato-
rem Arnheimensem Augustinum Furb-
mannum Pastorem Silesium, Antonium
Bourignon, Michaelem de Molinoz &c.
Hæc ex Clar. Caspare Calvorio.

Quicquid sit hic autor Clarissimus
citat us observat centrum Theologiæ
VVeigeliane & Pseudomystica esse Re-
gnum Christi in nobis; & sequentes
VVeigelianis inter alias tribuit opi-
niones.

1. Deum esse trinam sive *substan-*
tiam, sive *potentiam*: *Primum* esse
summum bonum, fontem omnium
rerum: *secundam* esse ideam sive in-
tellectum omnia creantem; *Tertiam*
animam sive spiritum mundi omnia
permeantem, vivificantem & ani-
mantem.

2. Ex hac Divinitate emanasse
mundum invisibilem, idealem, ac
intelligibilem; & ex invisibili mun-

C 2 do

52 BREVIS SYLLABIS
do prodiisse visibilem mundum.

3. Necesse esse ut anima à cor-
pore extrinseco introeat & reflecta-
tur intrinsecus ad centrum, quò inibi
in sacro silentio ac sabbathisimo in-
tueatur oculum , lucem ac ideam
universæ sapientiæ , Christum. De-
bere autem animam ibidem Christi
vocem audire, ac spiritus operatio-
nem deditissima obedientia recipere,

4. Sensum verum ac certum Scrip-
pturæ non è Scriptura , aut ab ho-
minibus , sed ab interno Interprete
Christo esse petendum.

5. Duo esse cognitionis principia,
Physicam quasi *arcana*,quâ per lumen
naturæ ex signaturis ac characteri-
bus arcana naturæ cognoscuntur , &
hīc se habere mentem hominis *altri-*
vè & *Cabbalam* , Theologiam quasi
infusam , quâ per lumen gratiæ di-
vinum inhabitans informatur anima
in supernaturali Dei ac divinorum
cognitione : & hīc animam se habe-
re *verè passivè*.

6. In rebus fidei præter Scriptu-
ram expectandas esse revelationes
Angelorum, colloquia & somnia.

7. Deum

CONTROVERSIARUM LIB. I. 53

7. Deum omnium rerum materiam ac essentiam esse.

8. Filium Deo Patri quoad Deitatem non esse æqualem.

9. Patrem in divinis esse Filium & Spiritum Sanctum , Filium esse Patrem & Spiritum Sanctum.

10. Scripturam S. creaturam esse & non esse creaturam.

11. Spiritum S. in V. T. processisse à solo Patre; in N.T. procedere à Patre & Filio.

12. Deum creare seipsum, & præter se nihil creare , quia est omnium rerum materia.

13. Christum carnem de cœlo attulisse, & deinde per Spiritum esse ex Maria natum.

14. Patrem & Spiritum S. æquè incarnatum esse ac Filium.

15. Descensum Christi ad inferos esse demissionem Dei in nostram carnem , miseriam, mortem.

16. Nos in Christo ejusque justitia inhabitante, non per Christi obedientiam servari.

17. Mundum hunc visibilem cum omnibus creaturis esse excrementum

54 BREVIS SYLLABUS
Astrorum invisibilium, quæ sunt es-
sentiæ Angelorum.

18. Primum hominem ex terra &
ex firmamento factum esse.

19. Hominem moriturum fuisse, et si
non peccasset.

20. Tres esse partes hominis es-
sentiæ, *Corpus terrestre*, *spiritum*
etherenum, qui corpus moveat & regat,
& *animam divinam*.

21. Animam corruptam non esse
peccato originis.

22. Ecclesiam Christi esse in om-
nibus sectis.

23. Patres V.T. ante mortem Chri-
sti in inferno extra cœlum manere.

24. Animas fidelium à morte ante
extremum diem in cœlum non recipi.

25. Martyrum resurrectionem par-
ticularem futuram esse, mille annis an-
te universalem.

26. Eadem corpora, quæ nunc cir-
cumferimus cœlo, non illatum iri.

Plura alia à variis Authoribus refe-
runtur; Videndi Hoornbeckius, Crocius
in Anti-VVeigelio.

Liber de vita Christi VVeigelio tri-
buitur, ubi multa absurdæ,

I. Plat-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 55

1. *Парсепулар* dicitur credidisse, omniū rerum semina per universum mundum esse sparsa, ac sibi invicem per immersionem, quasi intimè immersa, innexa, ac commixta, ut in massa minerali sunt particulæ auri, argenti, &c.

2. Nihil igitur requiri ad perfectam ac facilem rerum indagationem ac cognitionem aliud, quam ut in nos descendamus.

3. Hinc colligunt transmutationem omnium in omnia, & ex omnibus omne fieri posse.

4. Cujuslibet hominis nativitatem subesse Planetæ suo, & hanc esse naturalem & veterem generationem, ac nativitatem per quam homo non potest ingredi Regnum cælorum, & si hoc statu tabernaculum corporis relinquit, suo Planetæ hominem tunc uniri.

5. Regenerationem coelestem ex Spiritu esse necessariam; hanc autem fieri per fidem, dum homo è Planeta suo ac firmamento quod in se habet, sacramentis retrogressu recedit in centrum suum, Deum; illique se intimè unit in sacro sabbatismo, ipsius afflatus, impulsus ac

C 4 mani-

56 BREVIS SYLLABUS
manifestationes obediēter audiēndo,
percipiēdo ac recipiendo; hac ra-
tione siquidem hominem transfor-
mari in ipsum Deum ac Christum,
divinæque naturæ fieri participem,
intimèque ad eō regenerari.

Ex illa πανοπερπιά & περιχωρόσει
illa intima ac universalī rerum om-
nium, ubi Deus sit centrum ac περι-
φεία, Christus & ναὶ ω, sequi pu-
tant combinationem contrariorum,
que contraria & contradictoria de se
invicem, & quidem simpliciter & eo-
dem respectu prædicari possint: om-
nia proindè esse vera, in quibusvis
sectis, quamvis sibi invicem contra-
dictoria.

Qui plura nosse vult legat Para-
celsum, VVeigelium Fluddum vel de-
fluctibus, Crollium & contra eos Schel-
hammerum, Thounnum, Hunnum, VVe-
berum, Libanum, Meissnerum, Baldui-
num, Calovium, Merkium, Stegman-
num, Crocium, Kromeyerum, Calvorium,
Hoornbeckium.

CAPUT

C A P U T VII.

*Propositiones M. de Molinos prout
damnatae ab Innocentio XI.
anno 1687.*

1. **O** Portet hominem suas poten-
tias annihilare, & hæc est via
interna.

2. Velle operari activè est Deum
offendere, qui vult esse ipse solus
agens, & ideo opus est seipsum in
Deo totum & totaliter derelinque-
re, & postea permanere velut cor-
pus exanime.

3. Vota de aliquâ re facienda sunt
perfectionis impedimenta.

4. Activitas naturalis est gratiæ
inimica, impeditque Dei operatio-
nes & veram perfectionem, quâ Deus
vult operari in nobis sine nobis.

5. Nihil operando anima se an-
nihilat, & ad suum principium re-
dit, & ad suam originem quæ est es-
tentia Dei, in quam transformata

C 5 remanet

58 BREVIS SYLLABUS

remanet ac divinizatur, & Deus tunc
in se ipso remanet, quia tunc non
sunt amplius duæ res unitæ, sed una
tantum, & hac ratione vivit Deus,
& regnat in nobis, & anima seip-
sam annihilat in esse operativo.

6. Via interna est illa in qua non
cognoscitur, nec lumen, nec amor,
nec resignatio, & non oportet Deum
cognoscere; & hoc modo rectè pro-
ceditur.

7. Non debet anima cogitare, nec
de præmio, nec de punitione, nec
de Paradiso, nec de inferno, nec de
motu, nec de æternitate.

8. Non debet velle scire an
gradiatur cum voluntate Dei, an cum
eadem voluntate resignata maneat
nec ne, nec opus est ut velit co-
gnoscere suum statum, nec proprium
nihil, sed debet ut corpus exanime
manere.

9. Non debet anima reminisci
nec sui, nec Dei, nec cujuscumque
rei, & in via interna omnis reflexio
est noxia, etiam reflexio ad suas hu-
manas actiones, & ad proprios de-
fectus.

10. Si

CONTROVERSIARUM LIB. I. 59

10. Si propriis defectibus alios scandalizet , non est necesarium reflectere, dummodo non adsit voluntas scandalizandi , & ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est.

11. Ad dubia quæ occurrunt, a recte procedatur nec ne, non opus est reflectere.

12. Qui suum liberum arbitrium Deo donavit , de nulla re debet curam habere , nec de inferno , nec de Paradiso; nec debet desiderium habere propriæ perfectionis , nec virtutum,nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, cuius spem purgare debet.

13. Resignato Deo libero arbitrio , eidem Deo relinquenda est cogitatio & cura de omni re nostra , & relinquere, ut faciat in nobis, sine nobis, suam divinam voluntatem.

14. Qui divinæ voluntati resignatus est , non convenit ipsi ut à Deo rem aliquam petat , quia petere est imperfectio , cùm sit actus propriæ voluntatis & electionis, & est velle

C 6 quod

60 BREVIS SYLLABUS

quod divina voluntas nostræ confirmetur; Et illud Evangelii , *petite & accipietis*, non est dictum à Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem, imò hujusmodi animæ eò pervenient ut non possint à Deo rem aliquam petere.

15. Sicut non debet à Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debet, quia utrumque est actus propriæ voluntatis.

16. Non convenit indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita, quia melius est divinæ justitiæ satisfacere, quam divinam misericordiam quærere, quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & istud ab amore nostri interessato, nec est res Deo grata nec meritoria, quia est velle crucem figere.

17. Tradito Dō libero arbitrio, & eidem relicta cura & cognitione animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita industria & si natura commo-

CONTROVERSIARUM LIB. I. 61
commovetur, oportet finere, quia
est natura.

18. Qui in oratione utitur imagi-
nibus, figuris, speciebus & propriis
conceptibus, non adorat Deum in
spiritu & veritate.

19. Qui amat Deum eo modo quo
ratio argumentatur, aut intelle-
ctus comprehendit, non amat verum
Deum.

20. Afferere quod in oratione opus
est sibi per discursum auxilium ferre,
& per cogitationes, quando Deus
animam non alloquitur, ignorantia
est: Deus nunquam loquitur, ejus
loquutio est operatio, & semper in
anima operatur, quando haec suis
discursibus, cogitationibus & opera-
tionibus eum non impedit.

21. In oratione opus est manere
in fide obscura & universalis, cum
quiete & oblivione cuiuscunque co-
gitationis particularis ac distinctio-
nis attributorum Dei ac Trinitatis,
& sic in Dei præsentia manere ad il-
lum adorandum & amandum, eique
inserviendum, sed absque productione

C 7 actuum:

62 BREVIS SYLLABUS
actuum, quia Deus in his sibi non
complacet.

22. Cognitio hæc per fidem non est
actus à creatura productus, sed est
cognitio à Deo creaturæ tradita, quam
creatura se habere non cognoscit, nec
postea cognoscit illam se habuisse, &
idem dicitur de amore.

23. Mystici cum Sancto Bernardo
in scala claustralium distinguunt qua-
tuor gradus, lectionem, meditatio-
nem, orationem, contemplationem
infusam: Qui in 1. sistit, nunquam ad
2. pertransit; qui semper in 2. persi-
stit, nunquam ad 3. pervenit, qui est
contemplatio nostra acquisita, in qua
per totam vitam persistendum est,
dummodo Deus animam non trahat
(absque eo quod ipsa id expectet)
ad contemplationem infusam & hac
cessante, anima regredi debet
ad 3. gradum & in ipso permanere,
absque eo quod amplius redeat ad
2. aut primum.

24. Qualescumque cogitationes in
oratione occurrant, etiam impuræ,
etiam contra Deum, sanctos, fi-
dem & sacramenta, si voluntariè
non

non nutrientur; sed cum indifferen-
tia & resignatione tolerentur, non
impediunt orationem fidei, imò eam
perfectiorem efficiunt, quia anima
tunc magis divinæ voluntati resigna-
ta remanet.

25. Etiam si superveniat somnus &
dormiatur, nihilominus sit oratio &
contemplatio actualis, quia oratio &
resignatio idem sunt, & dum resi-
gnatio perdurat, perdurat & ora-
tio.

26. Tres illæ viæ, purgativa, il-
luminativa, & unitiva sunt absur-
dum maximum, quod dictum fuerit in
mysticâ, cùm non sit nisi unica via,
scilicet via interna.

27. Qui desiderat & amplecti-
tur devotionem sensibilem, non de-
siderat, nec querit Deum, séd se ip-
sum, & malè agit cùm eam deside-
rat, & eam habere conatur, qui per
viam internam incedit, tam in lo-
cis sacris quam in diebus solemnibus.

28. Tedium bonorum spiritua-
lium bonum est, siquidem purgatur
amor proprius.

29. Dum

64 BREVIS SYLLABUS

29. Dum anima interna fastidit discursus de Deo & virtutes, & frigida remanet, nullum in se ipsa sentiens fervorem bonum signum est.

30. Totum sensibile quod experimur in vita spirituali est abominabile, spurcum & immundum.

31. Nullus meditatus veras exercet virtutes internas, quæ non debent à sensibus cognosci.

32. Nec ante nec post communionem alia requiritur preparatio, aut gratiarum actio pro ipsis animabus internis, quam permanentia in solita resignatione passiva, quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui fieri possunt & fiunt in via ordinaria; & si hac occasione communionis insurgunt motus, humilationis, petitionis aut gratiarum actionis, reprimendi sunt; quoties non dignoscatur eos esse in impulsu speciali Dei; alias sunt impulsus naturæ nondum mortuæ.

33. Malè agit anima quæ procedit per hanc viam internam, si in diebus solennibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem.

CONTROVERSIARUM LIB. I. 65
aliquem sensum, quoniam animæ inter-
næ omnes dies sunt æquales, om-
nes festivi; & idem dicitur de locis
sacris, quia hujusmodi animabus
omnia loca æqualia sunt.

34. Verbis & lingua, Deo gratias
agere non est pro animabus internis,
quæ in silentio manere debent,
nihilum Deo impedimentum oppo-
nendo, quod operetur in illis, &
quò magis se Deo resignant, ex-
periuntur se non posse orationem
Dominicam recitare.

35. Non convenit animabus hujus
vitæ internæ quòd faciant operatio-
nes etiam virtuosas ex propria ele-
ctione & activitate; aliàs non essent
mortuæ, nec debent elicere actus amo-
ris erga Beatam Virginem, sanctos
aut humanitatem Christi, quia cùm
ista sensibilia sint objecta, talis est
amor erga illa.

36. Nulla creatura, nec beata Vir-
go, nec Sancti debent sedere in no-
stro corde, quia solus Deus vult illud
occupare & possidere.

37. In occasione tentationum, etiam
speciosarum non debet anima elicere
actus

actus virtutum oppositarum, sed debet in supradicto amore & resignatione remanere.

38. Crux voluntaria mortificationum pondus grave est, & infructuosum, ideoque dimittenda.

39. Sanctiora opera & pœnitentia, quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad amovendam ab anima vel unicum adhæsionem.

40. Beata Virgo nullum unquam opus exterius peregit, & tamen fuit sanctis omnibus Sanctior; igitur ad Sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori.

41. Deus permittit & vult, ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, dæmon violentiam inferat eorum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia & sine mentis offuscatione, movendo physicè illis manus, & alia membra contra earum voluntatem, & idem dicitur quoad illos actus per se peccaminosos, in quo casu non sunt peccata, quia in his non adest consensus.

42. Po-

42. Potest dari casus , quo hujusmodi violentia ad actus carnales contingat , eodem tempore ex parte duarum personarum , scilicet maris & feminæ , & ex parte utriusque sequatur actus.

43. Deus , præteritis temporibus , sanctos efficiebat tyrannorum ministerio ; nunc verò eos efficit sanctos , ministerio dæmonum , qui causando in eis prædictas violentias , facit , ut illi se ipso magis despiciant , annihi-
lient , & se Deo resignent .

44. Job blasphemavit , & tamen non peccavit labiis suis , quia fuit ex dæmonis violentiâ .

45. Sanctus Paulus hujusmodi Dæ-
monis violentias in suo corpore pas-
sus est , unde scripsit , *non quod volo
bonum hoc ago , sed quod nolo malum hoc
facio .*

46. Hujusmodi violentiæ sunt me-
dium magis proportionatum , ad an-
nihilandam animam , & ad eam ad
veram transformationem & unionem
perducendam , nec alia supereft via ,
& hæc est via facilior & tutior .

Plura referre tædet quæ ad 68. arti-
culos

culos extenduntur: An revera talia
omnia crediderit Molinoz , licet du-
bitare.

CAPUT VIII.

Propositiones tractæ ex libro
Reverendissimi Francisci Saligna-
ti Fenelon Archiepiscopi Came-
racensis, cuius titulus est,

*Explication des maximes des saints
sur la vie interieure a. 1697. prout
Damnata Roma ab Innocentio XII.
a. 1699. die 12. Martii.*

1. **D**atur habitualis status amo-
ris Dei, qui est charitas pu-
ra, & sine ulla admixtione motivi
proprii interesse; neque timor pœ-
narum , neque desiderium remune-
rationum habent amplius in eo par-
tem. Non amatur amplius Deus prop-
ter meritum , neque propter perfe-
ctionem , neque propter felicitatem
in eo amando inveniendam. 2. In

2. In statu vita contemplativa seu unitivæ , amittitur omne motivum interessatum timoris & spei.

3. Id quod est essentiale in direktione animæ , est non aliud facere quam sequi pedetentim gratiam, cum infinita patientia, præcautione & subtilitate. Oportet se intra eos limites continere, ut sinatur Deus agere , & nunquam ad purum amorem se ducre , nisi quando Deus per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo , quod adeo durum est animabus adhuc sibimet affixis , & adeo potest illas scandalizare, aut in perturbationem conjicere.

4. In statu sanctæ indifferentiæ , anima non habet amplius desideria, voluntaria & deliberata propter suum interesse , exceptis iis occasionibus in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur.

5. In eodem statu sanctæ indifferentiæ , nihil nobis , omnia Deo volamus: Nihil volumus ut simus perfecti & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem ac beatitudinem volumus, in quantum
Deo

70 BREVIS SYLLABUS

Deo placet efficere ut velimus res ipsas impressione suæ gratiæ.

6. In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plenâ, ut gloriam & beneplacitum Dei, ut rem quam ipse vult & quam nos vult velle propter ipsum.

7. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio quam J. C. à nobis in Evangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus: Illa nostri ipsorum abnegatio non est nisi quoad interesse proprium: Extremæ probationes in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio coerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium etiam æternum.

8. Omnia sacrificia quæ fieri solent ab animabus quam maximè desinceressatis, circa earum æternam beatitudinem, sunt conditionalia, sed hoc

CONTROVERSIARUM LIB. I. 71
hoc sacrificium non potest esse absolu-
tum in statu ordinario: In uno ex-
tremarum probationum casu, hoc
sacrificium fit aliquo modo absolu-
tum.

9. In extremis probationibus po-
test animæ invincibiliter persuasum
esse persuasione reflexa, & quæ non
est intimus conscientiæ fundus, se ju-
stè reprobata ē à Deo.

10. Tunc anima divisa à semet ipsa
expirat cum Christo in cruce dicens,
Deus, Deus, meus ut quid dereliquisti
me! In hac involuntaria impressione
desperationis consistit sacrificium ab-
solutum sui interesse proprii, quoad
æternitatem.

11. In hoc statu anima amittit om-
nem spem sui proprii interesse; sed
nunquam amittit in parte superiori,
id est in suis actibus directis & inti-
mis, spem perfectam, quæ est de-
siderium desinteressatum promissio-
num.

12. Director tunc potest huic ani-
mæ permittere, ut simpliciter acqui-
escat iacturæ sui proprii interesse & ju-
stæ condemnationi quam sibi à D o
indictam credit.

13. Infe-

13. Inferior Christi pars in cruce non communicavit superiori suæ involuntarias perturbationes.

14. In extremis probationibus pro purificatione amoris, fit quædam separatio partis superioris animæ ab inferiori: In ista separatione actus partis inferioris manat ex omnino cœca & involuntaria perturbatione: nam totum quod est voluntarium & intellectuale est partis superioris.

15. Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facile distinguuntur: Ista compositio actuum discursivorum & reflexorum est propria exercitio amoris interessati.

16. Datur status contemplationis adeò sublimis, adeoque perfectæ, ut fiat habitualis, ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva: Tunc non amplius indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos.

17. Animæ contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili & reflexo J. Christi, duobus temporibus diversis; primo in fervore nascente eorum contemplationis: secundo anima amittit

CONTROVERSIARUM LIB. I. 73
amittit intuitum J. Christi in extre-
mis probationibus.

18. In statu passivo exercentur om-
nes virtutes distinctæ, non cogitando
quòd sint virtutes: In quolibet mo-
mento aliud non cogitatur quam face-
re id quod Deus vult, & amor zelo-
typus simul efficit, ne quis amplius
sibi virtutem velit, nec unquam sit a-
deò virtute præditus, quam cum vir-
tuti amplius affixus non est.

19. Potest dici in hoc sensu, quòd
anima passiva & desinteressata, nec ip-
sum amorem velit amplius quatenus
est sua perfectio & sua felicitas, sed
solum quatenus est id quod Deus à
nobis vult.

20. In confitendo debent animæ
transformatae sua peccata detestari &
condemnare se, & desiderare remissio-
nen fvorum peccatorum, non ut
propriam purificationem & libera-
tionem, sed ut rem quam Deus vult,
& vult nos velle propter suam glo-
riam.

21. Sancti Mystici excluserunt à sta-
tu animarum transformatarum exer-
citationes virtutum.

D 22. Quam-

22. Quamvis hæc doctrina de puro amore esset pura & simplex perfectio Evangelica, in universa traditione designata, Antiqui Pastores non proponebant passim multitudini justorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratiæ proportionata.

23. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium & unicum motivum omnium actuum qui deliberati & meritorii sunt.

Qui plura de Quietistis nosse vult, debet legere Antoniæ Bourignon, & Poireti opera ; ut & adversus eos Illustr. Bossueti Episcopi, Cl. Jurii, Cl. La Placette &c. libros, quos super hisce argumentis ediderunt.

Circa Mysticos possunt legi opera Card. Petrucci, Boysii Lanspergii, Johannis à Jesu Mariae, Cardinalis Bonæ.

CAPUT IX.

De Quakeris.

Eorum Dux dicitur fuisse Georgius Foxius, natus a. 1624. Fundamen-tum

CONTROVERSIARUM LIB. I. 75
tum Quakerorum, ut & VVeigelianorum
est Regnum Christi in nobis.

Præcipua placita sunt,

1. Christum se unire omnibus & singulis hominibus, in iisque operari, & hoc omne sine verbo externo ac sacramentis; ac per hanc unionem ac operationem fieri omnium, qui instinctum internum sequuntur, hoc est qui honestè vivunt, intrinsecam ac inhabitantem justitiam ac salutem, sive sint Christiani, sive sint Pagani.

2. Scripturæ supponendam esse revelationem internam ac immediatam, ceu regulam adæquatam ac primariam.

3. Non Scripturam divinam ac cognitionem de Christo explicitam, quæ ex illa hauritur, esse simpliciter necessariam, sed illas gentes, quæ non propriâ culpâ, sed ob insuperabilia impedimenta, illâ privantur, per Christum, qui in illis habitat, si ipsius luci aut ductui non repugnant, sed patientur Christum illos sanctificare ac operari justitiam suam in illis, salvare.

4. Baptismum aquæ non esse necessarium,

D 2

cessarium,

76 BREVIS SYLLABUS
cessarium , quippe qui ab Apostolis
ceu ritus initiationis ad tempus tan-
tummodo sit institutus; umbra ac sig-
num baptismatis interni ac veri , qui
sit effusio Spiritus sancti , quæ à Chri-
sto internè in unione ac regeneratio-
ne mystica peragatur.

5. Ipsam etiam S. Cœnam veram
ac Christianam non esse ceremoniam
istam externam , ad tempus saltem à
Christo institutam , sed esse mysticam
ac arcanam corporis ac sanguinis Christi
in interno homine distributionem
ac participationem , quæ per exter-
nas ceremonias coenæ olim adum-
brata & figurata fit.

6. Illum qui internè ungitur ac vo-
catur , obligatum esse ubi , quando &
quomodo velit ac jubeat unctio; si vel
ad extremos mundi angulos vocare-
tur , verbum Dei prædicare ac munia
Ecclesiastica obire , idque sine
certo stipendio , cum obligetur , ad
exemplum Pauli , propriis manibus
victum querere ; aut si per munia sa-
cra id non queat , posse accipere elec-
mosynas.

7. Apertiorum capitum , reveren-
tias,

CONTROVERSIARUM LIB. I. 77
tias , ac alia superbiæ & adulatioñis
lenocinia Christianos non decere.

8. Illicita esse Christianis juramen-
ta , contentiones forenses , bella
ac omnes vindictas, ita tamen ut Ma-
gistratui maneat jus in fontes Chri-
stianâ charitate animadvertisendi.

— Plura alia habent ; sed inter eos
sunt dissidia ; Quidam se jungunt
Anabaptistis crassioribus ; Alii Men-
nonitis.

Inter eos Georgius Keith a. 1665.
Christi humanam naturam duplēcē
agnoscet, alteram cœlestem, spiri-
tualem ac æternam , alteram terre-
nam & corpoream suscepit in tem-
pore à Maria matre , & conjunxit se
se hominem divinum in Christo cum
humanitate corporea & visibili in Ma-
ria: Ajunt & credidisse revolutio-
nem animarum.

William Pen tolerantiam ac liber-
tatem Religionum universalem præ-
dicabat.

Plura falsa ipsis imponuntur.

De iis legenda R. Barclaji Apolo-
gia Theologiæ veræ Christianæ ; Ale-
xander Rossius de variis Religionibus ;

D 3

Honorius

Honorius Reggius seu Georgius Hornius
de statu Ecclesiæ Britannicæ; Historia
Quakerorum Gerardi Croesi; Schelvvi-
gii Quakerismus confutatus, Tracta-
tus Anglicus Te snake tvvisceen Qua-
kers.

C A P U T X.

De Antinomis.

Antinomi sive Adversarii Legis
plures fuerunt jam à tempor-
ibus Apostolorum; sed de iis alibi di-
cimus; nunc de aliis dicendum.

Sub ipsa Reformationis principiâ
quidam Johannes Agricola Islebius
natus a. 1492. fertur dixisse legem
moralem ex Ecclesia esse proscriben-
dam.

Lutherus observat eos Antinomos
dixisse Legem non esse dignam, ut vo-
cetur verbum Dei.

De Antinomis Anglis videndi Tho-
mas Gatakerus, Samuel Rhetorfort, An-
tonius Burges, Johannes Bisco, Henr.
Reggius VVitsius &c.

C A P U T

C A P U T X I.

Sententia Michaëlis Serveti,

& Antitrinitariorum, Socini, &c.

Arrago Hispanus erat, alias Vil-
lanovanus, professione erat
Medicus, jam ab anno 1523. edidit li-
bros 6. de Trinitate, Dialogos de re-
generatione, Epistolas quasdam, Apo-
logiam. Servetus credebat.

I. Omnes qui Trinitatem statunt
in essentia Dei, imaginarios habere
Deos & illusiones dæmoniorum, &
omnes Trintarios esse Atheos.

2. Verbum fuisse idealem rationem
ab initio quæ jam hominem referebat;
fuisse in verbo apud Deum futuri ho-
minis Jesu Christi exemplar, perso-
nam, effigiem, vultum, faciem,
hominis in Deo repræsentationem.

3. Ipsum Christum esse filium Dei,
quatenus genitus est à Deo in utero
virginis Mariæ, idque non solum vir-
tute Spiritus S. sed quia Deus ex sua

De Tri-
nitatis

errori-
bus lib. 7

a. 1531.

Dial. de

Trinit. l.

2. de Ju-
stitia re-

goiChri-
sti cap. 4.

a. 1532.

est alia

editio a.

1553.

Libr. 3.

de Tri-
nit. p. 30.

Libr. 3.

de Tri-
nit. p. 92.

Libr. 1. de

Trinit.

p. 11.12. 2

Epist. ad

Calv. 1.2.

D 4 sub-

80 BREVIS SYLLABUS
substantia illum genuit.

Lib. 1. de 4. Verbum Dei de cœlo descen-
Trinit. dens esse nunc carnem Christi, ita ut
p. 17. 18. caro Christi de cœlo sit.

Trinit. 5. Corpus ipsum Christi esse cor-
p. 73. pus deitatis, carnem ejus divinam
Dialog. carnem Dei cœlestem à substantia Dei
1. p. 231. genitam: Animam Christi esse Deum,
carnem Christi esse Deum, & tam
Christi animam quam carnem Christi

Lib. 2. de 6. fuisse ab æterno in propria Deitatis
Trinit. substantia. Ipsum Christum hominem
p. 90. ab initio apud Deum fuisse in propria
persona & substantia.

Lib. 4. 6. Verbum Dei fuisse semen Chri-
de Tri- sti; rem tamen esse aliam à filio; esse
nit. p. 145. rorem naturalis genituræ Christi in
Lib. 1. de utero Virginis, sicut semen genera-
Trinit. p. 23. tionis animalium.

Dial. 2. 7. Rorem illum cœlestem Virginis
de Tri- obumbrantem, & semini ejus & san-
nit. p. 260. guini se se immiscentem transforma-
ibid. p. 263. fe in Deum humanam materiam.

ibid. p. 272. 8. Jesum Christum participatio-
272. nem Dei & hominis habentem non
potuisse dici creaturam, sed partici-
pem creaturarum.

Lib. 2. 9. Unam & eamdem Deitatem,
de Tri- nit. p. 22. quæ

CONTROVERSTARUM LIB. I. 81

quæ est in Patre, communicatam fuisse
filio Jesu immediatè & corporaliter:
Deinde eo Mediatore per ministerium
Angelici spiritus communicatam fuisse
spiritualiter Apostolis; ac Christo
quidem soli à natura esse Deitatem
insitam corporaliter & spiritualiter:
verum ab eo dari aliis sanctum &
substantiale halitum.

10. Sicut res omnes nunc sunt in Lib. I. de
Deo, ita eodem ordine ante crea- Trinit.
tionem fuisse in eo, & primum om- P. 205.
nium Christum.

11. Christum quandiu in carne Lib. 5. de
mortali versatus est nondum acce- Trinit.
pisse Spiritum novum, quem à sua P. 185.
resurrectione accepturus erat.

12. Angelos ut Deos à Judæis fuisse Lib. 5.
adoratos. de Tri-
nit. p. 184

13. Animam esse ex Dei substan-
tia.

14. Pædobaptismum damnavit. Dialog.

15. Spiritum S. non semper fuisse 1. p. 225.
Deum, & Deum ejus esse Patrem.
Iste combustus a. C. 1553. Geneva.

Valentinus Gentilis è Campania Italus,
tres æternos Spiritus gradu numero-
que distinctos asseruit; capite plexus
Bernæ a. 1566. D 5 Hujus

Hujus sententiam defendebat *Matheus Gribaldus J. C. Patavinus*; *Georgius Blandrata Pedemontanus Medicus*; *Joh. Paulus Alciatus*.

Iis coevus *Bernardinus Ochinus Senensis Monachus Franciscanus*, qui in Dialogis Trinitatem & satisfactionem Christi impugnavit *Franciscus Lismaninus Corcyrensis Monachus Franciscanus*; Bonae Sfortiae Matri Sigismundi II. R. à sacris.

Petrus Gonstius Polonus Serveti sententiam sequutus est.

Gregorius Pauli Arianorum Sententiæ adhæsit, ut & *Erasmus Johannis Everb. Spanenbergius*.

Fr. Davidis Ungarus superintendens Transylvanus Anti-Trinitarius fuit, sed negavit Christum esse invocandum & adorandum; & hunc sequutus *Christianus Francken*, olim Jesuita *Lelius Socinus Senensis Patricius natus a. 1625.* familiari consuetudine usus *Ochini, Valentini, Alciati &c.* cum iis Trinitatem oppugnavit domesticis scriptis, reliquitq; avenditora sua moriens a. 1562. *Fausto Socino* nepoti cui Mater Senarum Principis Pe-

TRUCCII

CONTROVERSIARUM LIB. I. 83
truccii filia; Qui Faustus Socinus pluribus scriptis Trinitatem impugnavit ac satisfactionem Christi, sectæ socinianæ dictæ agnoscitur Author, mortuus est a. 1604.

Plures habuit & habet sectatores; qui ejecti Polonia a. 1655. occasione libri impio hoc titulo, *Tormentum throno Trinitatem turbans.*

Ab a. 1570. Palatinam Ecclesiam & Academiam infecit hæc hæresis per Adamum Neuserum Pastorem Heidelbergensem Suevum, qui postea defecit ad Turcicum, & circumcisus fuit Constantinopoli; & Joachimem Sylvanum Inspectorem Ecclesie Ladenbergensis prope Heidelbergam; qui ob perduellionis crimen & ob nefaria consilia cum Transylvanis capite multatus a. 1572.

In Germania plures, ut cit. Christianus Francken. Christoph. Ostorodus, Joh. Volkelius, Valentinus Smalcius, Ernestus Sonorus, Martinus Ruarus, Joh. Crellius, Stegmanni fratres, Joh. Lud. Volzogius.

Dogmata autem Socinianorum & Antitrinitariorum sunt sequentia.

D 6 I. Nihil

1. Nihil admittere videntur, nisi quod ratio comprehendere valet; quamvis aliquando id negent.

2. Scriptores sacros credunt actu errare potuisse in rebus minimi momenti.

3. Religionem Christianam duabus hisce partibus essentialibus absolvi, obedientiam præceptis divinis, & fiducia in promissionibus divinis, non addita credendorum capitum notitia.

4. Religionis capita fundamentalia ad 6. ista posse referri, ad Dei existentiam, unitatem, æternitatem, perfectam iustitiam, perfectam sapientiam, perfectam potentiam: Et ea tantum esse necessaria de quibus omnes consentiunt.

5. Nullam esse cognitionem Dei naturalem insitam.

6. Nullam acquiri posse ex intuitu mundi; sed non omnes ita sentiunt, non Crellius, Smalcins &c. id negant.

7. Nomen Jehovæ non esse soli Deo proprium.

8. Nomen *Dei* esse nomen officii, potestatis & dignitatis.

9. Deum

CONTROVERSTARUM LIB. I. 85

9. Deum non esse omnipræsentem,
ratione essentiæ suæ , sed ratione
virtutis & cognitionis.

10. Deum non esse Ens simplicissi-
mum, & ejus æternitatem non carere
successione.

11. Deum nescire futura omnia,
libera & contingentia.

12. Justitiam vindicatricem pec-
cati non esse Deo essentiale.

13. Trinitatis mysterium negant,
ut & Divinitatem Christi.

14. Christum non esse filium Dei
naturalem secundum suam naturam
divinam, sed impropriè sic dictum
secundum naturam humanam, prop-
ter miraculosam conceptionem ex
Spiritu Sancto, dilectionem Patris,
communicationem similitudinis cum
Deo, quæ in tribus consistit juxta eos,
1. in Ordinatione ejus ad munus Media-
toris, & in communicatione perfe-
ctæ Sanctitatis & alicujus dominii.
2. In suscitate ejusdem ex mortuis
& communicatione immortalitatis :
3. In exaltatione ejusdem ad dextram
Dei Patris, & communicatione per-
fectæ potestatis & gloriæ.

15. *Socinus* cum asseclis Christum esse adorandum & invocandum dicebat, negarunt *Franciscus Davidis & Christ. Francken.*

16. Putant per *Spiritum Sanctum* intelligi in N.T. vel *Evangelium*, vel *donum Dei temporarium cordibus quorumdam hominum infusum*, seu *firmam & certam vitæ aeternæ spem, virtutem accidentalem, non Personam Divinam*; vel *Creaturam, Principem Angelorum aut spirituum Angelicorum congeriem;*

17. Sunt inter Antitrinitarios, qui *Tritheismo* favent post *Valentinum Gentilem.*

18. Sunt qui tria tantum esse nomina cum *Sabellianis* credunt, *Patrem, Filium & spiritum S. dici Patrem* cùm creavit, *Filium, cùm redemit; Spiritum, cùm sanctificavit;* Illi divinitatem Patris in Christo habitasse & esse filium Dei dicunt, sed Christum Deum vocari tantum impropriè volunt.

19. Credunt vocari *λόγον Christum*, tantum quia fuit in tempore interpres voluntatis Patris; vel per *λόγον* intelligendum esse *verbum Evangelii*, aut

CONTROVERSIARUM LIB. I. 87
aut *Spiritum sanctum* qui à principio
fuit; & qui factus est caro, dum habi-
tavit in carne; vel intelligi rationem
seu sapientiam Dei ejus virtutem ef-
fentialem.

20. Decreta Dei non esse æterna
nec immutabilia.

21. Decretum prædestinationis esse
generale & indefinitum de servandis
omnibus in Christum credituris, &
perseveraturis, damnandis verò inde-
finitè non credituris & non perseve-
raturis, ac proindè esse magis de-
cretum de conditionibus quam de
personis.

22. Materiam esse vel æternam, vel
præexitisse ante principium om-
nium, sic protinus non esse æternum
quod ante principium Mosaicum fuit,
ut Ariani.

23. Imaginem Dei sitam esse po-
tissimum in dominio, seu jure in Crea-
turas sublunares.

24. Mortem corpoream esse seque-
lam naturæ, non peccati.

25. Negant peccatum originale.

26. Pœnam malis reservatam esse
annihilationem animæ & corporis,
quidam

88 BREVIS SYLLABUS
quidam *Sociniani* credidisse videntur.

27. Homines habere vires praestandi, sine auxilio gratiae, opus verè bonum.

28. Victimas legales propriè & per se, fuisse peccatorum expiatorias, saltem leviorum, & pro gravioribus peccatis nullum aliud remedium præter singularem Dei misericordiam.

29. Christum Legem moralem correxisse & auxisse.

30. Christum antè inchoatum Propheticum in unus corpore in cœlum raptum fuisse ad Patrem.

31. Christum esse sacerdotem ratione suæ apparitionis in cœlo & voluntatis nobis subveniendi, & quia actu nos liberat à peccatis & servitute peccati: non verò esse Mediatorem nostrum, seu Redemptorem propriè sic dictum per veram λύσην.

32. Christum non satisfecisse pro nobis verè, sed mortem perpeccum fuisse, tūm ut voluntatem Dei nobis de remissione gratuita peccatorum morte confirmaret; tūm ut exemplo suo nobis ad patientiam & perseverantiam.

CONTROVERSIARUM LIB. I. 89
rantiam præluceret; *tum* ut, magis
idoneus esset ad nostri miserandum;
sic Christum non vice & loco nostri
mortuum esse, sed bono nostro.

33. Corpus Christi post resurrec-
tionem immutatum esse in corpus
spirituale & cœleste, expets carnis
& sanguinis.

34. Veram Ecclesiam posse actua-
liter planè deficere.

35. Datum omnibus externè voca-
tis commune auxilium ad conversio-
nem, nec aliud esse necessarium.

36. Nos non justificari per justi-
tiam Christi, sed per acceptilatio-
nem fidei nostræ.

37. Regenerationem & sanctifica-
tionem consistere, non in innova-
tione facultatum nostrarum, sed in
vitæ anteactæ mutatione.

38. Posse dari h̄ic homines perse-
ctos, quorum opera quædam sint
ab omnibus peccati reliquiis libera.

39. Veros fideles posse excidere
gratiâ Dei, & veram fidem deper-
dere.

40. Quidam negant jus omne aut
jus gladii in fontes Magistratibus, ut

VVolzo-

90 BREVIS SYLLABUS

*VVolzogius, Stegmannus junior; sed
sunt qui asserant, ut Crellius, Prezip-
covius.*

41. Vocationem legitimam non
esse necessariam ad ministerium exer-
cendum.

42. Sacraenta esse meras tesseras
ac notas externas nostræ professio-
nis.

43. Baptisnum aquæ esse ritum sa-
tis indifferentem & temporarium, cu-
jus usus demum fuerit in Ecclesia na-
scente & primitiva.

44. Cœnam esse tantum institutam,
ut notam professionis, & ad comme-
morandam Christi charitatem.

45. Animam, quum homo mortuus
est, perinde se habere ac si non esset,
perceptionem nullam habere, sen-
sum nullum, nullam actionem, som-
no quasi alto sopitam, quidam Soci-
niani videntur credidisse.

46. Non fore resurrectionem uni-
versalem omnium & singulorum, qui-
dam Sociniani dixerunt, alii tamen
asserunt.

47. Non resurgere eadem corpora
quæ ceciderunt, sed nova planè quoad
substantiam.

48. Con-

48. Conjiciendos esse impios qui futuri in novissima die superstites erant, in ignem annihilativum, quidam dixerunt.

De Socinianis & contra Socinianos plures scripserunt.

*Rob. Bellarminus, Iac. Vieckus, Mart. Smiglecius, Fridericus Baldwinus, Schlus-
selburgius: Volfg. Franzius, Jacobus Mar-
tinus, Christianus Matthias, Graverus,
Joh. Gerhardus, Nicol. Hunnius, Paulus
Tarnovius, Joh. Botfaccus, Joh. Mau-
kisch, B. Meisnerus, Joh. Saubertus,
Theod. Thunnius, Josua Segmannus,
Andr. Proleus, I. Conr. Dannhaverus,
Iustus Feverbornius, And. Keslerus, Ab.
Calovius, Aug. Varenius, I. Paulus Dur-
rius, Paulus Felvvingerus: Ioh. Ant.
Scherrerus, Phil. Iac. Spenerus, Iohan-
nes Olearius, Zanchius, Ioh. Junius, Ia-
cob. ad Portum, I. Henricus Alstedius, Io-
sus Simlerus, Sibr. Lubbertus, Uter-
que Spanhemius, Hugo Grotius, Cloppem-
burgius, Ios. Placaeus, Maccovius, L.
Crocius, Andreas Essenijs, Ioh. Hoorn-
beckius, Ioh. Cocceius, Mart. Schooc-
kius, Amos Comenius, Samuel Maresius,
Iasz Berenjius, Nicol. Arnoldus, Ab-
badie,*

C A P U T X I I .

De Arminianis, seu Remonstrantibus.

AB Arminio ita dicti hujus sectæ Coryphæo ; Erat Veteraquinas Batavus natus a. 1560. Professor Theologiae Leydenis ab a. 1603. doctrina & eruditione clarus , mortuus anno 1609. Ejus sectatores non modò dicti Arminiani , sed & Remonstrantes , quia a. 1610. obtulerunt Præpotentibus Hollandiæ ordinibus Remonstrantiam , id est libellum supplicem , ut recognosceretur confessio & Catechesis.

Adversus eos habita est Synodus Dordracena a. 1618. & 1619. Inter eos sunt , qui à Reformatiis tantum differunt in V. articulis à Synodo damnatis ; Tales autem sunt illi articuli .

i. Decretum seu voluntatem , quâ Deus constituit in Christo , per Christum & propter Christum credentes , & in ea fide fideique obedientia usque

que ad finem vitæ perseverantes, qua tales servare, esse verum, unicum & totum Electionis decretum: Decretum & voluntatem quā Deus constituit infideles in sua inobedientia contumaciter persistentes sub ira relinquere ac condemnare esse totum reprobationis decretum.

Electionem ad salutem esse aliam peremtoriā, aliam non peremtoriam.

Conditionem sine quā non, vel conditionem prærequisitam electionis singularum personarum esse fidem fideique obedientiam, à Deo in eligendis prævisam, hancque singularium personarum electionem esse quoque ex Dei beneplacito, quoniam scilicet ex multis conditionibus possibilibus hanc potius quam alias ipsi eligere placuit ad præmium salutis & vita æternæ huic præ illo destinandum.

Electionem incompletam, conditionatam & non peremtoriam esse mutabilem, adeoque interrumpi, revocari, electosque in numerum reproborum transfire, illumque numerum augeri & minui posse. Sensum ac certitudinem electionis completae,

pe-

94 BREVIS SYLLABUS

peremtoria & absoluta ante mortem
haberi non posse, ideoque nullum il-
lius fructum in hac vita percipi,
Causam reprobationis meritoriam
esse infidelitatem adversus Evange-
lium, & in ea perseverantiam.

2. Christum servatorem mundi ex
Dei intentione pro omnibus & singu-
lis hominibus mortuum esse, atque
id ita quidem, ut omnibus per mor-
tem crucis reconciliationem &
remissionem peccatorum impetrarit, eâ
tamen conditione, ut nemo remissio-
nis peccatorum re ipsa particeps fiat,
nisi fidelis.

3. Esse in omnibus & singulis ho-
minibus communem & sufficientem
gratiam consistentem in lumine natu-
ræ, & donis post lapsum homini re-
lictis, quibus possint se ipsos ad ma-
jorem gratiam disponere, & elicere
actus qui conversionem antecedant,
& quibus fit, ut ad ipsam conversio-
nem hominis nihil amplius deside-
retur quam vocatio congrua & mora-
lis quædam ac lenis suasio. Fatentur
tamen quidam, ut de Clar. à Limborch
refert *Cel. Spanheimus* homines esse vo-
luntate

Iunctate quasi ligata assuetudine peccandi, ut non possit ex se ipsa se in libertatem afferere, & gratiam illam communem ex se sufficientem neutriquam esse sine illa gratia, quæ ut indebita est, ita à Deo pro arbitrio dispensatur.

4. Omnem gratiæ convertentis operationem esse nonnisi moralem, suadendo, proponendo, invitando, atque adeo resistibilem, ita ut positis omnibus operationibus divinæ gratiæ sit adhuc in potestate liberi arbitrii semel, vel convertere, vel non convertere.

5. Fideles posse excidere gratiâ, & revera actu aliquando excidere, unde nemo certus esse possit se salutem confuturum, et si certus sit de fide sua.

Alii Remonstrantes in longè pluribus articulis dissentunt.

1. Scriptores sacros in rebus minutulis, seu lapsu memoriæ, seu ignorantia aut humana fragilitate erravisse de facto.

2. Posse homines servari citra Christi cognitionem.

3. Non

96 BREVIS SYLLABUS

3. Non esse articulos necessarios ad salutem credere, Dei infinitatem absolutam , præscientiam futurorum contingentium , justitiam vindicatricem, mysterium Trinitatis, &c.

4. Filium esse quoad divinam naturam subordinatum Patri, ut & Spiritum,Filio.

5. Decreta Dei omnia non esse æterna & peremptoria ac immutabilia.

6. Creationem Angelorum & mundi invisibilis seu non apparentis, præcessisse multis seculis creationem mundi visibilis.

7. Terminum vitæ uniuscujusque hominis non esse immutabilem.

8. Peccatum originis non esse propriè peccatum , nec propriè malum aut pœnam ; fatentur tamen pro malo posse haberi , siquidem omnes Adami posteri moriendi necessitati sunt obnoxii & inepti sunt ac inidonei ad vitam æternam consequendam , ad redeundum in gratiam cum Deo ; nec inficiantur homines nasci cum propensione ad malum.

9. Christum addidisse præcepta nova legi.

10. Christum

CONTROVERSIARUM LIB. I. 97

10. Christum vocari Dei filium,
principiè ratione conceptionis ex
Spiritu S. ratione suscitacionis à Pa-
tre , & ratione hereditatis acceptæ in
domo Patris sui.

11. Christum esse Salvatorem, quod
merito suæ obedientiæ , cruciatuum
& sacrificii sui corporis impetrâ-
vit sibi omnem potestatem in cœ-
lo & terra , secundum quam nos
liberat à reatu & dominio peccati, ac
suos immortalitate donaturus est ali-
quando ; & in eo consistere pecca-
ti expiationem ; ac dici sponsorem
Christum, quod doctrinâ suâ & ope-
ribus nos certos reddiderit de bo-
nitate & fidelitate sui Patris, qui ne-
minem perire velit ob peccata ante
vocationem ad Evangelium com-
missa.

Sunt tamen inter Remonstrantes, qui
de vocibus litigantes , rem per vo-
cem satisfactionis significatam non ne-
gant.

12. Christum potuisse peccare,
quamvis nunquam peccavit.

13. Dari vocationem sufficientem

E ad

98 BREVIS SYLLABUS
ad salutem per opera Creationis &
Providentiae.

14. Non eadem corpora resur-
rectura.

15. Sacra menta etiam administra-
ri posse in casu necessitatis à fœ-
minis.

De Arminianis, & contra eos viden-
di Gomarus, Hurmius, Triglandius, Mac-
covius, Tuvius, Lubbertus, Amesius,
Spanheimius, Cloppenburgius, Rhetorfor-
tis, Ryssenius, Heidanus, Effenius, Ve-
delius, Molinaeus, Calovius, Kromayer-
rus, Hulschmannus, Rossius, Iudicia
Doctorum & Ecclesiarum Reformatarum
in Synodo Dordracena, & omnes
locorum communium scriptores.

C A P U T XIII.

De Augustanis Fratribus Evan-
gelicis.

Illi à nobis nullo articulo funda-
mentalali dissident, unde nihil no-
stram cum iis concordiam impedire
posset.

Olim

CONTROVERSIARUM LIB. I. 99

Olim solum caput controversum
fuit de Cœna Domini, sed creverunt
Controversiæ.

Credunt igitur fratres,
1. In, cum, sub pane esse corpus
Christi in Eucharistia.

2. Verum corpus Christi ore cor-
poris ab unoquoque sumi.

3. Decretum electionis esse ex
prævisa fide, quod non creditum ab
Augustanis fratribus ante Aëgidium
Hunnium an. 1580. fatente *Calixto*.

4. Decretum præteritionis quo-
rumdam esse ex prævisâ incredulita-
te, quod Lutherus nunquam tamen
dixit.

5. Justos posse excidere totaliter
gratiâ, etsi non finaliter.

6. Uti unionis hypostaticæ natu-
rarum in Christo quasdam proprie-
tates, ut omnipræsentiam, omni-
scientiam, omnipotentiam, & vim
vivificam communicatas humanæ
Christi naturæ, asserunt quidam, non
omnes.

7. Quotquot infantes aquâ bapti-
zantur, internè per Spiritum S. re-
generari, & habere fidem actualem

E 2 ac

100 BREVIS SYLLABUS
ac posse administrari, in casu ne-
cessitatis, à Laicis, imò à mulieribus.

8. Usum imaginum sacrarum in
Templis esse utilem.

9. Exorcismi ceremoniam in bap-
tismo esse adhibendam, adhibito
etiam crucis signo.

De his nos fusiùs in tractatu de dis-
fensu & consensu inter Protestantes
diximus, & in vindiciis hujus libri
adversus Anonymum Lutheranum.

CAPUT XIV.

De Græcis hodiernis.

Cum sint plures, qui sub hoc no-
mine veniunt, difficile est dog-
mata indubitate Græcorum referre,
Præcipua hæc sunt:

1. Spiritum Sanctum à solo Patre
procedere, non à Filio: in conf. art.

4. Metrophanes Critop.

2. Descendisse in inferos Christum,
ut de Tyranno Diabolo triumpha-
ret.

3. Fas esse pictas imagines Chri-
stii,

CONTROVERSIARUM LIB. I. 101
sti , Virginis & sanctorum , non mo-
dò in publicis Templis collocare di-
stinctionis gratiâ ab infidelibus , tum
in honorem Deiparæ , sanctorumque ,
verùm etiâ eas prosequi honore & cul-
tu religioso , seu ~~πρεστηνήσις δελεῖας~~ in-
clinatocorpore , aut genibus flexis , vel
accensis luminibus secundum Nicenæ
II. synodi sanctionem ; non tamen Dei
aut Triadis , aut sculptas vel fusas , ha-
bent imagines . Sunt tamen qui di-
cunt se tribuere imaginibus πρεμνὴ λα-
τερευτικῶν , ή δελικῶν αἰδαρίζεται καὶ
φιλικῶν , honorem non religiosum aut
servilem , sed congruum & benevolen-
tiae testem , relativum & amoris .

4. Honorem esse tribuendum sa-
cris reliquiis credunt .

5. Angelos , Mariam Virginem ,
sanctos demortuos esse , non Media-
tores per modum officii , meriti &
potestatis ; sed tamen intercessores &
adjutores pro nobis apud Deum , &
fautores nostros , qui favore & gra-
tiâ singulari apud eum pollut , &
esse à nobis religiosè invocandos ,
non tamen cultu latræ colendos . Pos-
sunt legi eorum preces , in *Mesonyctio*

E 3 vocant



vocant Mariam τὸν δορθητὸν τέλχος , τὸ
τῆς σωτηρίας ὄχυρωμα , in expugnabilem
mirum & munimentum salutis : Dicunt
in Tropariis , quæ singuli manè sur-
gentes è somno recitare jubentur,
διὰ τῆς θεοτόκου ἐλέησον ἡμᾶς &c.

6. Habent jejunia stata , semije-
junia , ξηρφαγίας : In jejunio quadra-
gesimali abstinent à lacte , butyro ,
caseo & ovis , imò & à piscibus : Mo-
nachi eo tempore , neque oleo neque
vino , nisi bis in hebdomade , sab-
batho & die Dominica utiuntur : 4. &
5. hebdomadum anni diebus absti-
nent ab omni carne , quidam etiam
à piscibus .

7. Præceptum Apostolicum de ab-
stinentia à suffocato omni animante , & à sanguine esse juris moralis ,
universalis & perpetui credunt .

8. Habent hymnum ad crucem &
exosculantur .

9. Festa habent in honorem ac
memoriam B. Virginis , ceu singu-
lorum Apostolorum , Joh. Baptistæ ,
Marci , Lucæ , variorum in Orientali
Ecclesia Martyrum Doctorum .

10. Omnibus & singulis fidelibus
minimum

CONTROVERSIARUM LIB. I. 103
minimum quater in anno ante par-
ticipationem Eucharistiae faciendam
esse coram sacerdote confessionem
privatam, sunt tamen qui non necel-
lariam esse credunt.

II. Baptismi absolutam necessita-
tem agnoscunt, & licere Laicis vel
feminae baptizare.

12. Sacraenta N. T. esse 7: 1. Ba-
ptisma: 2. unctionem $\alpha\gammaιον$ μέρεγον;
3. Eucharistiam: 4. Poenitentiam: 5.
Ordinem ιερωσύνην vel χειροτονίαν: 6.
Matrimonium, sed sacerdotibus con-
cessum: 7. sacram oleum.

13. In sacra synaxi per consecratio-
nem, quam peragendam credunt
prolixa commemoratione crucis mor-
tisque Christi, recitatione orationis
Dominicæ, variis lectionibus, pre-
cibus ad Deum pro illapsu Spir. S.
in proposita symbola, putant fieri
talem μεταβολήν, μετασοιχίωσιν, με-
ταρρυθμισμὸν, μετατύπωσιν vel μετα-
σκέψασιν Panis & vini, quâ virtute
illapsi in ea symbola Spiritus S. cor-
pori & sanguini Christi uniantur,
fiantque sic verum proprium ac sub-
stantiale corpus Christi; sed respectu

E 4 fidelium



fidelium tantum in legitimo usu, eo
ferè modo quo lignum aut ferrum
unita igni fiunt ignis, aut quo ali-
mentum fit corpus nostrum cui uni-
tur, non viâ annihilationis seu tran-
substantiationis, sed verius augmen-
tationis & assimilationis corporis
Christi.

14. Ad sacram synaxim admitti
posse & debere pueros septennes, imò
infantes bimulos aut trimulos, vel
recens natos, modo sacro lavacro
recens ablutos, fugentes è cochlea-
ri vinum cui panis intinctus sit.

15. Septem ordines, *Episcoporum,*
Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum,
Lectorum, Exorcistarum, Janitorum. Habent & *Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Hieromonachas,* & *Monachi* suos habent *Archimandritas.*

16. Clericis non modò permisum,
sed & præceptum à Paulo conju-
gium, at ante ordinationem, non
postea, cum virgine non vidua vel
à viro separata, & quidem cum una;
Bigamos enim Clericos ab officio &
ad

CONTROVERSIARUM LIB. I. 105
ad tempus ab ipsa sacra communio-
ne arcent.

17. Nefas esse Laicis transfire ad
tertias nuptias, si quis annum XL.
excesserit, & liberos ex prioribus con-
jugibus suscepere sit.

18. Ad quartas nulli fas esse tran-
fire nuptias.

19. Animas piorum à corpore se-
paratas non rectâ recipi cœlo bea-
torum, sed in loco quodam abdi-
tissimo, quem modò vocant manum
Dei, modo Paradisum, modò sinum
Abrahæ, quandoque cœlum.

20. Precandum pro mortuis etiam
pro Beata Maria & Apostolis.

De Græcis plures egerunt inter
alios, *Crusius*, *Gerlachius*, *Chytraeus*,
Sveigerus, *Phil. Nicolai*, *Kromayerus*,
Hottingerus, *Olearius*, *Dauminus*, *Veie-
lius*, *Nicole seu Arnaldus*, *Claudius*,
Simonius, *Haberkornius*, *Rossius*, *Hoorn-
beckius*, *Spanhemius*, *Aymonius*, & si
quis velit conferre quædam placita
Græcorum hodiernorum cum vete-
ribus nostrum super hac re librum
consulere potest.

E 5 CAPUT

CAPUT XV.

*De Russis seu Moscovitis, Coptis,
Abyssinis seu Æthiopibus.*

QUAMVIS *Moscovitæ, Copti, Abyssini* Græci sint, tamen aliquid peculiare isti habent.

1. Nicolaum præcipuum Moscovitæ seu Russi post Mariam virginem habent intercessorem, eique à 300. præcipuis Angelis servitia præstari credunt; certas preces ad eum habent, quas docent, imò mortuorum manibus epistolam ad S. Nicolaum pro iis inserunt: venerantur quoque Andream, & Michaëlem Archangelum.

2. Aliunt nonnulli Russos nolle Pentateuchum excepto; libro Geneeos, legi in Ecclesiâ, imò nullos hos libros, nec Prophetarum post adventum Christi esse usui.

3. Imaginem Christi, quam sine humanis manibus factam esse putant, solenni

TURAS

CONTROVERSIARUM LIB.I. 107
folenni Epiphaniorum die circum-
gestant.

4. Omnibus anni diebus Patronum
præficiunt; Diaconus infert ejus ima-
ginem horis cuiuslibet diei matutini-
nis, magni Ducis cubiculo. Eam ve-
neratur *Sarus*, coramque ea caput
ad terram illidit: ita sella quævis
Ducis imagine Christi & Mariæ est
ornata.

5. Crucis magnam tribuunt virtu-
tem.

6. Aquæ benedictæ à Sacerdote
Epiphaniorum die etiam maximam
vim inesse putant: Affundunt eam
cibis, potuique, arbitranturque ip-
pos ægrotos inde, vel convalescere,
vel sanctiores reddi.

7. Dum baptizant infantem, ne
ipso quidem capite excepto, media
etiam hyeme, aquæ frigidæ immer-
gunt, sed magnam aquæ calidæ co-
piam susceptores effundunt.

8. Post baptismum, oleo sali com-
mixto ad faciem inunctam sacerdos
ad pedes imaginis, præcipue in Tem-
plo collocat, Sanctoque seu Mediato-
ri ac Patrono commendat.

E 6 9. Ejus

108 BREVIS SYLLABUS

II. Ejus infantis crines recisi, ceraque impacti ad instar Reliquiarum in Templo servantur.

10. Semel tantum ad sacram synaxis quolibet anno accedunt, & quidem tantum qualibet vice trini.

11. Porrigitur quoque, ut apud alios Græcos, cochleare plenum vino, aut vino deficiente, multo pane permisto, additis verbis, *Editæ ac bibite hoc.*

12. Exhibitetur ipsis postea solus panis, ac dein vinum aquæ calidæ confusum.

Qui plura vult, legat Flietherum, Possevinum, Sigismundum, Guaguini, Philippum Nicolai, Varenium, Hoornbeckium, Rossæum Authorem Anonymum Relig. Moscovitarum.

De Abassinis vel Abyssinis, vel Aethiopibus legi possunt Alvaris historia Aethiopica, Maffeius, Philippus Nicolai, Kromayerus, Salomon Suvergerus, Iacobus Breuningius, Henricus Varingius, Nicolaus Ratzevil, Ludolphus, Calvorius.

An Zagæ Zabo Episcopi Abessensis ac legati an. 1526. ad Regem Portugallæ confessio à Damiano à Goes

CONTROVERSIARUM LIB. I. 109
Goes versa, sit vera, an suspecta dis-
quiritur.

1. Conciones non habent ad popu-
lum, sed libros Propheticos le-
gunt.

2. Templa, nonnisi nudis pedibus,
ingrediuuntur, inibique nec spuere
licet.

3. Diem sabbathi & Dominicum
celebrant, quibus addunt festa Chri-
sti, Mariæ & aliorum sanctorum, &
cujuslibet mensis die 25. festum na-
tivitatis Christi celebrare, nonnulli
referunt.

4. Diebus Mercurii & Veneris sin-
gulis hebdomadibus jejunant; addunt
jejunium quadragesimale, in quo
pane & aquâ vivunt: A Pascha ad
Pentecostem die Veneris carne vesci
licet.

5. Conjugium Clericorum licitum
esse putant, sed ut ad nuptias se-
cundas transeant, debet dispensare
Patriarcha: At concubinarii à sacris
arcentur, & Polygami habentur pro
excommunicatis. Aliis subditis Poly-
gamia permittitur.

6. Divortia sunt frequentia, sed

E 7 Clericis



110 BREVIS SYLLABUS

Clericis uxores dimitendi non est
potestas.

7. A cibis lege Mosaïca veritis
abstinent, ac leges Mosaïcas obser-
vant circa immundiciem & purgatio-
nem, ut & circa conjugium fratrum
cum fratribus uxoribus.

8. Apud ipsos, nec est confirmatio,
nec extrema unctio.

9. Missam unam eamque brevem
singulis diebus loco sacrificii quidam
celebrant, sed non ad redimendas
mortuorum animas.

10. Cum *Iacobitis* unam solum na-
turam & voluntatem agnoscunt, un-
dè rejiciunt Chalcedonense Conci-
lium, quamvis credant Christum
perfectum Deum & perfectum homi-
nem.

11. Infantes, tum masculos, tum
feminas, die 8. circumcidunt in me-
moriam circumcisionis Christi, & ut
suos adhortentur de fide & justitia
Abrahami.

12. Quadragesima Die masculos,
octogesimâ, femellas, nisi ægritudo
festinare cogat, baptizant, & quidem
in nomine Trinitatis: Infantesque
mortuos

CONTROVERSIARUM LIB. I. III
mortuos antè baptismum vocant se-
mi Christianos.

13. Post baptismum, ea ipsa die, in-
fantibus S. Cœnam sub exiguâ panis
particula impertiuunt.

14. Baptismum, singulis annis in
memoriam baptisimi Christi festo Ma-
gorum iterant, nudi magno numero
in aquam descendentes sub benedi-
ctione Sacerdotali.

15. Quidam dicunt duplicem ab iis
adhiberi Baptismum, alterum flumi-
nis, alterum ignis, quo frontem &
tempora adurunt; sed quidam di-
cunt hunc ritum esse medicinalem.

16. Ad S. Cœnam accessuri pecca-
ta prius Sacerdoti confitentur, &
impertrata absolutione, Sacramentum
sub utraque specie in Templo solum,
Diacono ipsis in cochleari porrigen-
te vinum, accipiunt.

17. Fermentato utuntur pane, sed
die *viridium, azymo*.

18. Sumpta cœnâ, nulli fas ad occa-
sum solis usque expuere.

19. Cum libris V. T. octo Syno-
dorum Apostolicarum libros, cum
Canonibus inibi contentis, quique
Occir-

Occidentalibus Ecclesiis sunt ignoti,
conjugunt.

20. Dicuntur credere μετεμψύχωσιν
animatorum & Purgatorium.

21. Mortuos cum crucibus, orationibus, recitatione initii Evangelii Johannis sepeliunt: Die sequenti eleemosynas pro iis offerunt; certis diebus epulas funebres addunt, diebus sabbathi & Dominicis animas piorum piè mortuorum in Purgatorio à cruciatibus immunes esse & expleto expiationis tempore in cælum tradere credunt.

Circa Coptos,

1. Non credunt cum aliis Græcis, Spiritum à solo Patre procedere, sed & à Filio: At in Christo post incarnationem unam esse naturam, voluntatem, operationem credunt.

2. Concilia Oecumenica, quotquot Ephesinam Synodum ἀντρικὴν dictam sequita sunt, rejiciunt, imprimis verò Chalcedonense expressè damnant.

3. Preces pro mortuis, Purgatorium & extremam unctionem improbant, ut & confessionem, sed B. Virginis aliisque Sanctis, ut & Angelis

4. Circumcisionem adhibent, ut & ignis baptismum, baptismumque in quadragesimum diem differunt, et si mortis periculum incurrat infans.

5. In Eucharistia panem fermentatum adhibent, & vino benedicto aquam miscent, sub utraque specie participant, & S. Coenæ infantes statim à baptismo faciunt particeps.

6. Jejunium die Mercurii, Veneris & 4. Temporibus accurate obseruant.

Plura qui nosse cupit, potest legere *Roffei Exam. Relig. Brerevwood* scrutinium Religionum: *Kirkeri Prodromum Copticum*; *Hoornbeckii summ. Controv. Ernestum Gerhardum de Ecclesia Coptica*, &c.

C A P U T XVII.

De Pietistis.

ALiquid deesset huic synopsi, si nihil de iis qui *Pietistarum* nomine veniunt, diceremus: sed fatendum

dum non esse facile eorum sententias
varias expiscari.

1. Sunt qui ita vocantur, quia pietati veræ incumbunt; qui id præstant non debent pro sceleratis haberí, sed pro viris verè Christianis.

2. Sunt qui, præter pietatem cui incumbunt, millenarium Christi regnum prædicant.

3. Sunt qui se à Deo inspiratos credunt, & alios audire detrectant.

4. Sunt qui nolunt interesse sacris publicis Ecclesiarum nostrarum, quia se crederent contaminatos, si cum impuris hominibus in eodem cœtu essent: Illi quoque nolunt ad S. Cœnam accedere cum aliis hominibus quos peccatores putant.

5. Sunt qui nolunt audire Concionatores de quorum Sanctitate dubitant, & credunt efficaciam Ministerii pendere à Ministri probitate.

6. Sunt qui ita se perfectos putant: ut non amplius ipsis esse precandum necessarium existimant.

7. Sunt qui plura alia absurdissima credunt, & Antoniae Bourignon aut Porteti admittunt placita omnia.

Ex

CONTROVERSIARUM LIB. I. 115
Ex Apologia quadam M. S. à quo-
dam ex iis composita collegi adhuc.

1. Non credere baptismum infan-
tum fundari in Scriptura.
2. De Scriptura sentire, ut Ana-
baptistas & Enthusiastas, qui eam vo-
cant literam occidentem.
3. Omnes damnatos aliquando li-
beratum in ixi suis pœnis.

L I B E R





LIBER II.

De Hæreticis qui à primo Seculo Christianismi Ecclesiam turbarunt.

CAPUT I.

De Hæreticis primi Seculi.

PO ST QUAM de iis verba fecimus, qui à seculo Reformationis ad nostra usque tempora Ecclesiam turbarunt, non inutile putamus aliquid addere de hæreticis, qui à 1. seculo Christianos infestarunt & in compendium contrahere quæ ab *Irenæo*, *Tertulliano*, *Philastrio*, *Hieronymo*, si saltem author sit *Indiculi de hæretibus*, *Epiphanio*,

CONTROVERSIARUM LIB. II. 117

phanio, Augustino, Auctore quodam
sub Prædestinati nomine; Gennadio
Massiliensi, Theodoreto, Leontio Byzan-
tine, Isidoro Hispalensi, Anastasio Hode-
gi Autore, Sophronio Patr. Hierosol.
Timotheo C. Præbitero: Johanne Da-
masceno, Rabano Mauro, Euthymio Zi-
gabeno, Johanne Zonara, Honorio Augu-
stodunensi, Constantino Hermenopulo,
Niceta Choniate, Mattheo Blasfare,
Guidone de Perpiniano, Bernardo Lu-
xemburgico, Gabriele Prateolo, Al-
phonso à Castro, Theodoro Petræo, Bona-
ventura à Malvasia, Daniele Cramero
Pontano, Thoma Ittigio, Caspare Cal-
vorio; omnibus Ecclesiasticæ historiæ
scriptoribus, narrantur, idque post-
quam observaverimus multis immer-
sam tenebris esse historiam circa hæ-
refes, tum quia hæreticorum scripta
pleraque perierunt, tum quia multa
hæreticis tribuuntur forte quæ non
dixerunt, tum quia multa iis im-
putantur quæ præfractè negabant.

Dubitare non possumus quin fue-
rint Apostolorum ævo hærefes, et si
hoc negent Firmilianus Ep. ad Cypria-
num & Clemens Alexandrinus.

A Dosi-

Dositheus. A Dositheo quidam incipiunt, de quo & alio qui ante Christum natum extitit, legendi Serarius, Drusius, Scaliger, Lupus in scholiis, ad Tertull. Le Moyne in variis sacris, Caſaubonus, Montacutus, Lighthfoot.

De isto refertur,

1. Se pro Christo à Prophetis prædicto venditasse

2. Superstitiosum fuisse circa sabbatum.

Quod ad Dositheanos ejus sectatores referunt quidam.

1. Eos Dosithei Magistri sui immortalitatem falsis rumoribus jaetasse.

2. Negasse resurrectionem.

3. Mundum incorruptibilem somniaſſe.

4. Animam corruptibilem esse credidisse.

Conſt. 5. Nullum aliud dæmonum genus
Apost. I. quam idola seu simulachra agnoviffe.
6. c. 8.

Clem. Iste Dositheus dicitur 30. discipu-
Rom. los pro numero dierum mensis, & mu-
l. 2. p. 31. lierem quandam nomine Lunam in
32. confortio suo habuiffe.

SIMON Magus SIMON Magus ex Gitta Pale-
stinæ

CONTROVERSIARUM LIB. II. 119
stinae oriundus tempore Caji Caligu-
lae haec docuisse dicitur,

1. Se esse magnam virtutem Dei
seu infinitam potentiam.

2. Selenem suam , scortum Tyrium
quod è telonio adduxerat, esse primam
suam *έννοιαν* seu mentis cogitationem,
supernam virtutem , intelligentiam &
Spiritum S.

3. Per eam ex se Angelos creasse.

4. Ab ipsis Angelis non à Deo
creatum mundum.

5. Ipsissimum , Messiam seu Chri-
stum esse.

6. Apparuisse in monte Sina in per-
sona Patris , tempore Tiberii, in for-
ma Filii , in Apostolorum descendisse
in linguis igneis sub forma Spiritus
Sancti.

7. Christum tantum putativè appa-
ruisse & passum.

8. Carnis resurrectionem non dari.

9. Promiscuum usum foeminarum
licitum esse & carnales libidines.

Quidam addunt eum ,

1. Peccati originem Deo tribuisse.

2. Duplicem Deum agnovisse, bo-
num & malum.

3. Vo-

3. Voluisse Angelos à suis coli & placari.

4. Idololatriam indifferentem esse statuisse.

5. Non per bona opera, sed per gratiam Simonis ac Selenes salvari eos qui *mythicum ductum* ipsorum sequuntur, id est, qui Simonem pro summo Deo & Selenem pro spiritu S. ac matre universorum habent.

6. Non animam pollui vitiis, sed carnem tantum.

Cleobius.

CLEOBiUS vel CLEOBULUS dicitur credidisse.

1. Prophetas non esse legendos.

2. Deum non esse omnipotentem.

3. Non esse futuram corporis resurrectionem.

4. Corpus non esse à Deo creatum.

5. Jesum Christum ex corpore Mariæ virginis non esse natum, & esse merum hominem.

6. Mundum ab Angelis creatum.

Nazarei

NAZARÆI,

1. Urgebant circumcisionem & Legum Mosaïcarum ceremonialium observationem inculcabant: Baptismum tamen adhibebant: sabbatum

Ju-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 121
Judaicum cum die Dominico obser-
vabant.

2. Dubitat *Epiphanius*, an Christum
pro Deo haberint.

3. Matthæi Evangelium, & solum
quidem, hebraicè usurpabant, sed va-
riè interpolatum, modò auctius va-
riis circumstantiis, modò in quibus-
dam mutilatum.

Interim observandum *Nazareos* ita
vocatos primum omnes Christianos;
sed postea *Judeos* Christianizantes ita
dictos: Hos Judæi ter de die, nimi-
rum mane, circa meridiem & vesp-
ri diris devovebant.

MENANDER ēn Κώνυς Καπαργητ- Menan-
τειας natione Samaritanus credidisse der.
dicitur.

1. Se à prima potentia missum ad
hominum salutem, undē se σωτῆρες
vocabat.

2. Neminem salvari, nisi in suo no-
mine baptizatum, & qui ita baptizati
fuerunt, mansuros in ævum juvenes
& immortales.

3. Ab Angelis mundum esse fa-
ctum.

4. Christum verum hominem non
fuisse.

F N I C O -

Nicolai-
tæ.

NICOLAÏTÆ; Dubium an sic dicti
à Nicolao Diacono, ut statuerunt Ve-
teres, an ab alio, quod verisimilius?
Dogmata quæ ipsis tribuuntur sunt se-
quentia.

1. Licitas esse vagas libidines, &
communitatem uxorum.

2. Idolothytis licitum esse vesci,
sine detestatione idololatriæ.

Quidam addunt eos negasse divi-
nitatem Christi, ejus passiones, & duas
in Christo personas admisisse, alte-
ram *Christum*, alteram *Jesum*; Chri-
stum descendisse in *Jesum*, & iterum
revolasse in *cœlum*.

Sunt qui Deorum multitudinem
credidisse afferunt.

Hyme-
naeus &
Philetus

HYMENÆUS & PHILETUS 2. Tim.
II. 17.

Negabant resurrectionem univer-
salem.

Dicuntur credidisse factam in iis,
quorum corpora cum Christo resur-
rexit, aut per animarum in alia
corpora transitum; vel admisisse tan-
tum mysticam resurrectionem per
penitentiam, vel emendationem vitæ.

Cerin-
thus,

CHRINTHUS, quem alii vocant *Me-*
rinthum,

CONTROVERSTARUM LIB. II. 123
rinthum, alii à Merintho distinguunt.
Ex Iudaeus dicitur: Petro in Judæa,
Johanni in Asia restitisse.

Errores.

1. Christum à Josepho & Maria natum dicebat.

2. Ac proinde Christum esse merum hominem.

3. Jesum à Christo divellebat;
Post Jesu baptismum descendisse in eum Christum, ab ea principalitate quæ est super omnia, figurâ columbae, & tum annuntiasse incognitum Patrem: in fine autem revolasse Christum à Jesu, & Jesum passum esse ac resurrexisse, Christum autem impassibilem perseverasse existentem spiritualem.

Epiphanius tamen dicit Cerinthus credidisse Christum passum & crucifixum, sed nondum à mortuis excitatum, ac tunc demum, cum omnes mortui resurgent, excitandum esse.

4. Mundum ab Angelis factum esse.

5. Circumcisionem & alias observationes Legis Mosaicæ esse necessarias credidit.

6. Pauli Epistolas damnabat, & Acta Apostolorum.

F 2

7. Post

7. Post resurrectionem Christi, Christum inchoaturum esse regnum mundanum per 1000. annos, ejusque cives Hierosolymis degentes in omni carnalium voluptatum genere victi-
ros.

8. Si quis sine baptismo moreretur, pro eo vivum aliquem baptizandum esse, ne in resurrectione non baptizatus, penas daret: ad id allusisse putatur Paulus i. Cor. XV. 29.

9. Quidam ex ejus sectatoribus resurrectionem negasse dicuntur.

Ebion & EBION & EBIONITÆ,
Ebioni- Quidam dubitant tales fuisse hæ-
tae, teticum, alii tamen credunt, & ita sa-
nè Veteres credidisse patet.

Dogmata talia iis tribuuntur.

1. Christum esse merum hominem, & pro Judæis tantum venisse.

2. Circumcisionem & Legis obser-
vantiam ad salutem necessariam esse.

3. Partem Pentateuchi admitte-
bant, sed alias partes improbabant,
ut & Psalmos Davidis, scripta Sa-
lononis, Esaiam, Jeremiam, Eze-
chielem, Danielem: Et ex N.T. so-
lum Evangelium Matthæi hebraicum
ampu-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 125
amputatis duobus primis capitibus,
admittebant.

4. Paulum Apostatam vocabant,
Johannem execrabantur.

5. Carne, vino & animalibus ab-
stinendum esse aiebant.

6. Accusantur Ebionæi adorasse
Hierosolymas, ut domum Dei; &
quum quis ex ipsis in morbum inci-
debat, aut à reptili morsus erat,
descendisse in aquas, & invocasse
celum ac terram, solem & aquam,
ventos & Angelos justitiae, panem &
oleum, dicentes, opem ferte mihi,
& removete à me dolorem.

7. Paupertatem affectabant.

8. Quidam Christum è virgine
natum, alii, ut alios homines, na-
tum.

9. Erant, qui Jesum à Christo di-
stinguebant, & qui dicebant Chri-
stum eum esse qui Jesum filium Dei
appellavit.

F 3 CAPUT

C A P U T II.

De Hereticis secundi seculi.

SATURNINUS vel SATURNILUS Antiochiae sub Hadriano fuit discipulus Simonis Magi & Menandri: turbavit Ecclesiam his hæresibus.

1. Unum esse Patrem ignotum Angelorum conditorem à Judæorum Deo distinctum.

2. Mundum & hominem ab Angelis creatum, qui juxta eum septem numero, imò Judæorum Deum unum ex Angelis fuisse.

3. Angelos corpus hominis formasse, Deum animam in corpus demississe; Hinc id quod à supernis descendit scil. animam, omnino servari debere, reliquum verò totum hominis quod est ex infernis, perire: Id autem in homine, quod ex supernis descendit post tempora quædam reverti.

4. Formatos ab initio duos homines, unum bonum, alterum malum,

ex

CONTROVERSIARUM LIB. II. 127
ex quibus duo sint hominum genera
in mundo, bonum, & malum.

5. Prophetias V.T. non esse à Deo,
sed ab Angelis profectas vel à Sa-
tana.

6. Se missum esse Salvatorem à Pa-
tre ex sententiâ virtutum ad destru-
ctionem Dei Judæorum, Daemonum
ac malorum hominum bonos affligen-
tium, ideoque se venisse ad salutem
credentium.

7. Christum, qui *res*: & primoge-
nitus Dei, revera fuisse ingenitum &
incorporeum, nec verè apparuisse in
carne, nec verè crucifixum, sed pro eo
Simonem Cyrenaum qui angariatus por-
tavit crucem, & cuius formam acce-
perit Jesus.

8. Resurrectionem negavit.

9. Abstinendum à nuptiis & anima-
tis credidit.

BASILIDES Alexandrinus sub *Ha-* ^{Basilide s} *driano* etiam in Ægypto hæreses suas
eructavit: Quidam volunt tamen sub
Domitiano concepisse, sub Trajano
prodidisse; sub Hadriano condidisse
sectas.

Errores ejus fuerunt sequentes.

F 4 I. Ab

I. Ab ingenito Patre prognatam
mentem seu $\nu\nu$ à mente λόγον, à verbo
Φρόντιον, à prudentia σοφίαν καὶ διναιμην,
ab his virtutes principes & Angelos
primos, à primis Angelis cælum su-
prenum & alios Angelos, ab his se-
cundum cælum, iterumque alios An-
gelos, sicque deinceps, donec per con-
tinuatas Angelorum propagines 365.
cœli, quorum numerum nomen
Α'βραχας five Α'βρασταξ habet, forma-
ti fuerant: hunc numerum facit quo-
que μιθρην vel μεθρην quod solem
designavit.

A - - -	I.	M - - -	40.
β - - -	2.	ε - - -	5.
ρ - - -	100.	ι - - -	10.
α - - -	I.	θ - - -	9.
ξ - - -	60.	ρ - - -	100.
α - - -	I.	ω - - -	I.
σ - - -	200.	σ - - -	200.

365.

365.

Quidam voluerunt reperire in eo
Α'βραχας mysterium Trinitatis & cru-
cifixi Salvatoris; Ab, ben, rouach
hacco desch, σωτηριος απὸ ξύλου.

2. Ultimi

CONTROVERSIARUM LIB. II. 129

2. Ultimi Cœli Angelos inferiora
creasse, & terrarum orbem inter se
distribuisse.

3. Principem Angelorum esse Deum
Judæorum.

4. Legem Judæorum Deo, Pro-
phetias reliquis Angelis tribuebat.

5. Christum missum fuisse, ut cre-
dentes ab Angelorum potestate libe-
raret.

6. In phantasmate venisse, nec à
Judæis verè paßum, sed ejus loco Si-
monem Cyrenæum, unde fuit vox Basí-
lidis, qui confitetur Christum crucifixum
adhuc servus est, qui autem negaverit,
liberatus est.

7. Negabat carnis resurrectionem.

8. Idolothytis vesci, persecutio-
nis tempore, fidem negare licitum
esse, & promiscuæ libidini indul-
gere.

9. Quinquenne silentium discipu-
lis indicebat.

10. Animas in alia vita peccasse;
in hac supplicium pati dicebat.

11. Asserebat fidem homini natura-
lem esse.

12. Quidam dicunt eos μετηψύχωσι
credidisse. F 5 13. Ute-

130 BREVIS SYLLABUS
utebantur imaginibus ut amuletis.

Carpo- CARPOCRATES, seu CARPOCRAS
brates. genere Alexandrinus Philosophus Pla-
tonicus, Pater habitus *Gnosticorum* cum
suis sectatoribus.

1. Philtris arte magica curiosè elab-
oratis utebatur.
2. Rejiciebat totum Vetus Testa-
mentum.
3. Christum è Josephi semine pro-
gnatum, justitiâ solùm aliis homi-
nibus prævaluisse.
4. Eos, qui ad perfectionem myste-
riorum, quæ apud ipsos agebantur,
pervenire vellent, turpissima quæ-
que perpetrare debere.
5. Bona & mala, *opinione*, non ve-
ritate censeri.
6. Resurrectionem carnis negabat.
7. Mundum ab Angelis conditum.
8. Credidisse dicitur μετεμψύχωσιν.
9. Animam Christi, relicto in terra
corpore in cœlum avolasse, sed prius-
quam evolaret anima, omnia nefanda
perpetrasse.
10. Imagines Platonis, Pythagoræ
&c. venerabatur.
11. Uxorū communionem ap-
probabat.
12. Disci-

12. Discipulorum auriculas cautērio quodam signare consueverat.

Huic sectæ addicta *Marcellina*, unde *Marcelliniani*.

Hujus Carpocratis filius & pater
næ impietatis hæres fuit *Epiphanes*.

ADAMITÆ vel ADAMIANI in cont-
ventibus suis Adami nondum lapsi
nuditatem imitati sunt, & ejiciebant in
culpam aliquam lapsos; nuptias quo-
que improbabant.

Hanc sectam suscitavit in Bohemia
Picardus quidam (seculo 15.) se fi-
lium Dei vocabat & Adamum.

**CAINIANI, CAJANI, CAINI, CA-
JANISTÆ.**

1. Cainum multum venerabantur.
2. Laudabant Esavum, Core, Da-
tan, Abiron, & Sodomitas.
3. In primis Judam summo hono-
re prosequebantur, & hujus Evange-
lium suppositum promulgabant.
4. Legem à Mose traditam dam-
nabant.
5. Libidinosa quævis perpetrantes,
invocabant alicujus Angeli nomen.
6. Transmigrationem admittebant,

F 6 &

132 BREVIS SYLLABUS
& corporum resurrectionem negabant.

7. Statuebant esse quædam peccata quæ Christus sanguine suo purgare non potest.

Quintilla.
Huic hæresi addicta fuit *Quintilla*,
quæ, teste Tertulliano, baptismum de-
struxit; Ex ea orti *Quintiliani*: quid
faciebant de sanguine infantis refert
Augustinus hæref. 27.

Abelitæ.
Quidam ad hoc seculum refert
Abelitas, vel *Abelonios*, vel *Abeloitas*,
qui cum uxoribus viventes continen-
tiā profitebantur.

Sethitæ.
SETHITÆ, seu *Sethiani*, *Sethum* di-
cebant esse *Christum*, Scripturam de-
pravabant, & juxta quosdam negabant
resurrectionem.

Ophian-
ni.
OPHIANI vel *Ophitæ* ita dicti, siue
quia ipsam ὄφιαν serpentem factam es-
se dixerunt; siue quia serpentem
antiquum, ut scientiæ boni & mali
authorem Christo prætulerunt; siue
quia hunc serpentem Christum arbit-
rati sint, & serpentem aliquem in
spelunca nutriverunt & venerati sunt,
à quo per magicas incantationes evo-
cato oblationes suas sanctificari cre-
debant.

VALENS

VALENTINUS Philosophus Platonis- Valen-
cus de cuius ætate disputatur, & an tinus.
jam Iohanne vivente suam hæresim
disseminaverit? Creditur sua deliria
spersisse, juxta alios, sub Hadriano; juxta
alios sub Antonino Pio circa an. 140.
aut 144. Hygino Episcopo Romano:
Additur causam defectionis ab Ec-
clesia fuisse repulsam Episcopatus.

Errores Valentini & Valentiniano-
rum.

1. Ex Scripturis veritatem hauriri
non posse statuebant ab his qui tra-
ditiones nescirent.

2. Dictis Scripturæ abutebantur, &
multa improbabant.

3. Libros quosdam Apocryphos ha-
bebant, quorum spectant Psalmi Va-
lentini.

4. Esse triginta Aēonas putabant quos
tanquam Deos successivè genitos som-
niabant: Ex conjugio θεος Profun-
di cum Σιγῇ Silentio, processisse in-
tellectum & veritatem Νῦν καὶ αληθεῖαν,
ex quibus prognati octo Aēones: men-
tem rursum & veritatem coēuntes,
λόγον καὶ ζωὴν verbum produxisse, &
vitam; & ex hac συζυγίᾳ natos decem

F 7. Aēonas;

Æonas: Ex istorum συζυγίας genitos
ἀνθρώπον ἢ ἐκκλησίαν, ex quā συζυγία
natos duodecim Æonas, qui collecti
faciunt XXX. Ex tricesimo Æone na-
ta cœlum, terram, mare, vel An-
gelos malos à quibus mundus factus
sit.

5. Triplex hominum genus esse
πνευματικός, σαρκικός, ψυχικός.

6. *Πνευματικός* habere animam natu-
rā bonam, eamque tam perfectam,
ut omnes judicare, & à nemine
judicari possit, omniaque scelera
perpetrare queat; hos perire &
peccare non posse: Talem fuisse Se-
thum.

Ψυχικός seu *animali* bona opera ne-
cessaria esse, talem fuisse Abelem.

Hylicum seu *Chicum*, seu *σαρκινόν*
perire, talem fuisse Cainum,

7. Accusantur credidisse *Valenti-*
miani Deum corporeum & duo prin-
cipia.

8. Ex Valentinianis *quidam* dice-
bant Christum corpus cœlestē habui-
sse, quod per Mariæ uterum, velut
aqua per canalem, nihil de ejus sub-
stantiâ assumens, transmeaverit: alii

ex

CONTROVERSIARUM LIB. II. 135
ex Josepho & Mariâ natum.

9. Christi divinam naturam ex
Æonibus prodiisse, singulis sua con-
ferentibus, accusantur credidisse.

10. Resurrectionem negabant ma-
xime imperfectorum.

11. Iustificationem fieri per singu-
larem quam jactabant cognitionem.

12. Baptizasse dicuntur in nomi-
ne *Parris* omnium ignoti, in *veritate*
matre omnium, in *Iesu*, qui descendit
in unionem, redemptionem, pot-
estatum communionem.

13. Aiunt ita celebratam ab iis
Cœnam; Infundebatur à Marco præ-
cipuo Valentini comite vinum in
poculum, quod rubicundum arte ma-
gica fiebat, id quod explicabant,
quasi de cœlo sanguis in poculum
distillasset. Poculum hoc modo con-
secratum certis precibus traditum
erat mulieribus præsentibus, ut ipsæ
super illud preces funderent.

14. In conventibus suis barbaras
voces adhibebant, ut stupori ef-
fent.

Sectatores Valentini fuere,
Ptolomæus undè *Ptolemaiani*: Iste hoc ^{Ptole-}
habuisse _{mæus.}

136 BREVIS SYLLABUS

habuisse peculiare dicitur, quod docuerit Deum unum & eundem, cum aliquid emittit *Patrem* vocari: cum vera dicit, veritatem; cum se manifestat, hominem.

Secundus Secundus unde Secundiani, ab aliis
dus. *Sephantiani.*

Heracleon, undè *Heracleonita*, qui credebat.

1. Duo esse principia, hominem esse primum, quem *βιθον* vocavit, nec marem nec feminam: Ex hoc existere matrem universorum quam modo οὐγλω, modò ἀληθεια appellavit. Ex hac esse secundam matrem πατρα.

2. In homine statuebat tres partes, *corpus, animam, & aliud quid* quod post mortem altius quam ipsae animæ, volat.

3. Nihil baptizatis obesse peccata.

4. Christum habere corpus imperfectum, cum agnus Dei appellatur, & eos qui adorant Deum in spiritu & veritate esse ejusdem cum Deo substantiae.

5. Oleum & unguentum capitibus morientium adspergebant, & unctione

CONTROVERSIARUM LIB.II. 137
unctioni superstitiosas invocationes ad-
debant, de quibus Epiphanius ha-
ref. 16.

Marcus à quo Marcite seu Mar- Marcus.
coſit.

1. Ille seducere conabatur omnes
feminas.

2. Praetigiis suis videbatur vinum
Eucharisticum in sanguinem permu-
tare.

3. In cæteris sequebatur Valentini-
num & alios

Colorbasus undè *Colorbasiani.*

Color-
basus.

1. Præter alia somnia, Christum in
carnis substantia venisse inficiabatur.

2. Vitam omnium hominum &
generationem in septem sideribus
confistere affirmabat.

3. In numeris & literarum elemen-
tis varia mysteria quærebat.

Florinus Eccl. Rom. Presbyter. Flori-
nus.

Creditit Deum esse authorem
mali, aut potius fortè duo princi-
pia admisit, unum Deum boni, al-
terum mali authorem, ut quidam di-
ixerunt; vocatur alibi *Florianus.*

Æones Valentini admittebat.

Blastum comitem habuit.

Bardefanes

Barde- Bardesanes fuit etiam sectator Va-
lannes. lantini.

1. Dicitur negasse Diabolum à Deo
creatum.

2. Filium Dei carnem humanam
assumpsisse, & corpus resurgere, infi-
ciatus dicitur quoque.

Cerdon coævus Valentini crede-
bat.

1. Duo principia, duos Deos asse-
ruit sibi adversos, & à se indepen-
dentes, unum bonum, alterum ma-
lum, hunc authorem mundi, Legis
& Prophetarum, illum Patrem Je-
su Christi, eumque bonum ac ju-
ustum.

2. Dicebat Vetus Testamentum ideo
à Deo malo profectum, quod inter-
dixisset esu arboris scientiæ boni
& mali; quod prohibuisset esum ar-
boris vitæ, quod immiserit diluvium,
& excidio Sodomæ & deletione Ca-
nanorum suam crudelitatem prodi-
derit; quod legem hanc dederit, den-
tem pro dente &c. Aliaque carpebat
in libris V. T.

3. Recipiebat Evangelium Lucae,
sed

CONTROVERSIARUM LIB. II. 139
sed non totum, & quasdam Epistolas
Pauli.

4. Christum non esse natum ex
Maria, nec omnino natum, neque
habuisse carnem: In phantasmate pas-
sum. Venisse ex supernis, ex igno-
to Patre ad reprobationem factoris
mundi.

5. Resurrectionem negabat.

Marcion natione Ponticus, Sinope
oriundus, qui ob stuprum illatum
virgini, & severiorem disciplinam à
Patre Episcopo in eum exercitam,
Romam secessit: Eum primogeni-
tum satanae vocabat *Polycarpus*.

1. Rejiciebat totum Vetus Testa-
mentum, solumque Lucae Evange-
lium, & quidem mutilatum, recipiebat;
non omnes Pauli Epistolas, imò nec
integras admittebat.

2. Duos Deos fingebat, unum ma-
lum, cui mundi creationem & legem
tribuebat, alterum bonum. Sunt qui
dicunt credidisse tres *equum, bonum &*
malum.

3. Triginta Æones Valentini co-
luit.

4. Christum δοῦλον & in phantäf-
mate

Marcion
circa an.
160.

140 BREVIS SYLLABUS
mate apparuisse dicebat.

5. Dicunt admisisse duos Christos, alium qui Tiberianis temporibus à Deo quondam ignoto revelatus sit in salutem omnium gentium; alium, qui à Deo Creatore in restitutionem Ju-dæorum sit destinatus, quandoque venturus.

6. Conjugium & liberorum pro-creationem impugnabat, virginitatem & continentiam prædicabat.

7. Cainum, Sodomas, Ægyptios, im-piosque Gentiles à Christo ad infe-ros descendente salvatos: Abelem verò, Enochum, Noam, & alios justos in inferno relictos.

8. Dicitur à quibusdam negasse re-surrectionem mortuorum.

9. Vivos sub lecto occultatos pro mortuis baptizasse dicitur à nonnullis; ab aliis negatur.

10. Baptismum bis vel ter iteran-dum credebat.

11. Animas rationales esse ἐν πόλεσ substantia divinæ, quidam credidisse accusarunt.

12. Μετεψυχωσιν credidisse di-citur.

13. Baptismum

13. Baptismum à mulieribus administratum permisisse.

14. Sabbatho jejunasse dicitur.

Discipuli Marcionis fuerant.

Lucanus seu *Lucianus*, qui inter alia Lucia-
credidit neque animam, neque car-^{nus}
nem, sed tertium quid resurrectu-
rum.

Apelles, unde *Apelliani*, vel *Apellitæ*,
etc. qui ob stuprum commissum Mar-
cionis scholâ ejectus, & cum *Philu-
mena* fœmina impurissima, cuius pro-
phetias promulgabat, infame com-
mercum habuit.

1. Legem & Prophetas repudia-
vit.

2. Deum bonum alium Deum fecisse;
hunc factum Deum, omnia creasse.
Evasisse autem non bonum, & quæ ab
ipso facta sunt non bene facta, sed
secundum ipsius malam mentem crea-
ta esse.

3. Christum descendenter è su-
perioribus partibus, ipso descensu
sibi sidereum carnem & aëream con-
texuisse, & hoc corpus in sua ascen-
sione ad sua principia rediisse.

4. Deum bonum non curare ea
quæ

quæ in hoc mundo facta sunt.

5. Resurrectionem corporum negavit.

Gnostici Gnostici, ex Simonis, Menandri, Nicolaitarum, Saturnini, Basilidis, Carpocratis, Valentini Schola prodierunt.

Quidam volunt, jam tempore Apostolorum extitisse & alludere ad hoc Paulum I. Tim. VI. 20. cum loquitur τετρατης φλογωνιμος γνωστος, de quibus videndus Hammondus in varia loca Scripturæ: Alii seriùs extitisse dicunt.

Barboriani. Dicti sunt Borboriani seu Borborites, Στόπη Βορβόπες, seu à lecto impuritatis, cui se totos immerserunt. Vocabati Barbeliose à cœlesti quadam virtute; quam Barbeloth vocarunt, Coddiani à Codda, quæ apud Syros idem est ac Paropsis, quod nemo communice cum illis cibo uti posset, vel à Chad Solus, quia soli viverent: Aliis nominibus quoque vocabantur.

I. Habebant libros Apocryphos nugis refertos, ut librum dictum Noriam à Noria Noæ Conjuge: Poëma quod perfectionis Evangelium vocabant

CONTROVERSIARUM LIB. II. 143
vocabant; libros Sethi, Revelationes
Adami &c.

2. Deum duplitem, bonum & ma-
lum fingebant.

3. Christum de Maria natum nega-
bant, & specie tenuis tantum carnem
suscepisse dicebant.

4. Mundi hujus præsidem non esse
Deum, sed eum qui habeat effigiem
Draconis, à quo absorbeantur om-
nes eorum animæ, qui cogitatione
quam jaetabant hi haeretici, hoc est
turpissimarum actionum complemen-
to, destituti sunt, & rursus in hunc
mundum per caudam detorqueantur,
& hinc in porcos & alia animalia, ita
ut per ipsa rursus sursum ferantur.

5. Naturam animarum humana-
rum dixerunt esse mortalem, & eam-
dem animam, & in animalibus, & in
feris, & in piscibus, & in serpentibus
ac hominibus qui in pane,
oleribus, fructibus ac arboribus esse
insitam.

6. Ebrietatem licitam esse dice-
bant, & omnibus promiscuis libi-
dinibus se dedebant, quas describere
puderet.

Hermo-

Hermogenes. Hermogenes dicebat materiam esse
Deo coxternam, peccatum ex mate-
riæ vitio necessariò ortum esse: Po-
lygamus erat & Pictor: de eo dice-
bat Tertullianus, nubit assidue, pingit
illicite: Accusatur rursus credidisse
corpus Christi ab ascensione in sole
depositum.

Docetæ Docetæ seu Docitæ qui Christum
corpus phantasticum assumpsisse di-
cebantur; nomen Docetarum ante
Serapionem apud Eusebium l.6.c.12.
hist. & Clem. Alexand. l.7. stromat.
nemo usurpavit: sed ipse error natus
Apostolico ævo: ad hoc quidam refe-
runt verba I. Joh. IV. 3.

Quidam volunt etiam eos dictos
Phantasiodocetas, Phantasistas, Antra-
pomorphos.

Scythianus. Inter eos fuerunt,
Scythianus, qui sub initium secundi
seculi negavit Christum in carne, &
vero corpore venisse, Ille fuit Ma-
netis antecessor. Marcianus & Mar-
cianita.

Marcianus. In Iulius Cassianus, quem τὸν τῆς δοκι-
μως ἐξαρχὸν vocat Clem. Alexand.
l. 3. strom.

Hematite

Hematite creduntur ita dicti, vel *Hæmæ*,
quia sanguinis, esu potuve se *tita.*
polluebant, vel quia humano san-
guine in mysteriis suis uteban-
tur.

Melitonii à Melitone quodam ima- *Melito-*
ginem Dei in corpore quærebant, *nii,*
unde videntur Deum credidisse cor-
poreum.

Tatianus Syrus, Justini Martyris dis- *Tatia-*
cipulus dicitur. *nus.,*

1. *Æones* invisibiles commentus est,
ut *Valentinus.*

2. Matrimonium esse corruptio-
nem & fornicationem ex Galat.
VI. 8. malè colligebat.

3. Legem alterius Dei esse putasse
dicitur.

4. Adamum à Deo damnatum, nec
vitæ æternæ consortem.

5. Carnium & animatorum esum
respuebat.

6. Veritatem humanæ naturæ in
Christo negavit.

7. Dicitur quoque prohibuisse vi-
num.

8. In sacris mysteriis aquam ad-
hibuit.

G

A *Tatiano*

146 BREVIS SYLLABUS
A Tatiano exorti Encraitæ vel En-
crateta.

1. Docebant non esse contrahendum matrimonium.
2. Abstinendum esse ab esu animitorum dicebant.
3. Negabant primi hominis salutem.
4. Accusantur plura principia constituisse, & inter ea Diabolum constituisse.
5. Accusantur etiam multa acta apocrypha Andrea, Iohannis, Thomæ, habuisse.

Hydro-
parafta-
ta, a-

Severia-
ni.

6. Quia in mysteriis aqua utebantur, ab ista aqua hydroparaftata diquarrii. Eti sunt, ut & aquarii.

SEVERIANI à Severo; Isti affines Tatianis ob vini & conjugii detestationem.

1. Legem & Prophetas cum Evangeliiis admittebant, quamvis hoc neget Epiphanius.
2. Pauli Epistolas, & Acta Apostolica repudiabant.
3. Mundi originem quibusdam protestatis & principiis tribuebant.
4. Vitem à serpente per cœlestem virtu-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 147
virtutem in terram dejecto, & cum
terra congresso natam, indeque sinuo-
fos vitium flexus, serpentum spiras
imitari.

5. Mulierem satanæ opus esse, &
eos qui matrimonium contrahunt
opus Diaboli perficere.

6. Hominis superiorem partem à
Deo conditam, inferiorem à mala
potestate.

7. Resurrectionem carnis negare
creduntur.

APOTACTICI seu APOTACTITÆ Apota-
ita dicti, quod possessioni rerum pro-
prietarum renuntiarent, & eos qui id
nolebant facere ex sua excluderent
communione.

Conjugium quoque aversabantur.

Vocabantur & *Apostolici*, quamvis
Apostolis dissimiles.

Lapsos recipere nolebant.

MONTANUS (unde Montanistæ) Phryx ^{Montan-}
natione aut Myssius potius, ex ^{nus.}
Myssia oppido ignobili Arduba, vel
etiam Pepuza; hinc Montani sectato-
res dicti *Phryges*, *Cataphryges*, *Pepu-
ziani*.

1. Accusatur ab Hieronymo credi-

G 2 diffe

disse unam esse tantum in Divinitate personam; Deum cum per Moseum & Prophetas mundum salvare non potuisset, corpus sumpsisse de virgine & mortem obiisse, & quia ne sic quidem mundum salvare potuerit per Spiritum S. in *Montanum* descendisse: At ex Tertulliano Montanista, qui Trinitatem credidit, patet falsò accusari *Montanum*.

2. Non est verisimile quoque *Montanum* se Paracletum & Spiritum esse jactasse, quamvis de hoc accusetur, & quamvis sectatores ejus eum crederint peculiariter afflatum a Spiritu sancto.

3. Nolebat Ecclesiam pacem indulgere adulteris, homicidis & idolatris, quamvis Deum condonare posse non negaret.

4. Ciborum delectum habendum esse statuebat, & varia jejunia, tanquam necessaria, certis legibus adstringebant, & Xerophagias observabant *Montanista*.

Hieronymus dicit eos in anno tres fecisse quadragesimas.

5. Secundas nuptias damnabant.

6. Fu-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 149

6. Fugam in persecutione esse illicitam dicebant, nec persecutionem pretio redimendam esse.

7. Erant apud eos Patriarchæ, & apud eos mulieres verbum prædicabant & administrabant sacramenta.

8. Multas visiones & prophetias jactabant.

9. Multa ipsis imputata, ut incestuosi concubitus, & sacramenti Eucharistiæ confectio, ex anniculi infantis sanguine, quæ videntur esse fabulae.

10. Socias sibi adjunxit *Montanus* mulierculas, *Priscam* vel *Priscillam* & *Maximillam*.

11. Inter Montani sectatores numerantur *Theodorus* quidam, *Themison*, ^{Sectato-} *tani*. *Alexander*, *Alcibiades*, *Miltiades*, *Æschines*, *Proclus*, *Tertullianus*.

12. Creduntur sibyllina oracula ex Montani officina orta.

13. Montani partibus addictus creditur Author actuum *Perpetua* & *felicitatis*.

TASCODRUGOS vel TASCODRUGITAS ^{Tasco-} *drugitæ*, quidam referunt ad Montanistas; ita dictos, quod inter orandum indicem.

150 BREVIS SYLLABUS

manus digitum naso imponerent, à ταξιδίος quod nomen ipsorum lingua paxillum significat, & ἀφύγγος quod rostrum seu nasum significat: Dicti

Aseodrugitæ, sunt ab aliis *Ascodrugita*, *Ascodrus*, alii tamen hos ab illis distingunt; creduntur autem *Passalorinchitæ*, vel *Pattalorinchitæ* iidem planè cum *Tascodrugitis* ita dicti, quod silentii studio digitum naribus vel labiis imposuerint, undè potius deberent dici *Dactylorinchitæ*.

Montanistarum sectis adjunguntur quoque *Artotyritæ* quod ἀρτον καὶ τυρὸν panem & caseum in mysteriis suis adhiberent.

Alogi. ALOGI seu ALOGIANI dicti, qui λόγον à Johanne prædicatum rejiciebant, eaque de causa etiam Johannis Evangelium unà cum Apocalypsi repudiabant.

Negabant divinitatem Christi.

Theodotus. Hujus sectæ instaurator fuit THEODOTUS Coriarius, qui Victore urbis Episcopo in Christum blasphemavit.

1. Afferuit Christum esse nudum hominem, & ob id à Victore est excommunicatus.

2. Accu-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 151

2. Accusatur à Clemente Alexandrino
credidisse Filium Dei, & Angelos ma-
teriales esse.

3. Sexus differentiam in Angelis
dari.

4. Animas & Dæmones corporales
esse.

5. Ipsi Jesu redemptione opus
fuisse, quam columbae post baptis-
mum immissa beneficio obtinuerit.

6. Deum Patrem in Christo pa-
tiente passum fuisse.

7. A Christo ante passionem ani-
mag divinam & spiritualem, quam à
materiali distinxit, recessisse.

8. Astra fatum rebus inducere.

THEODOTUS TRAPEZITA credebat Theo-
Melchisedechum cœlestem quamdam dotus
virtutem & Christo superiorem esse; trapezi-
Christum pro hominibus, Melchise- ta.
decum pro Angelis intercedere. Melchi-
Hujus aseclæ dicti Melchisedechiani. sed-
Artemon seu Artemas discipu- chiani.
lus Theodoti Coriarii quoque divinita- Arte-
tem Christi impugnavit; creditur ille mon.
sustulisse locum i. Joh. V. 7.

HERMIANI, dicti ab Hermia, accu- Hermia-
santur credidisse cum Hermogene, de si.

G 4 quo

quo supra, materiam esse Deo coæternam, ut & quòd Christi ascendentis corpus in sole depositum fuerit, qui error tribuitur quoque *Hermogeni*.

Noëtus. Noëtus sub *M. Antonino & L. Vero* sparsit venenum in Asia; ille dixit se esse Mosem & fratrem vocabat Aaronem, unamque statuit personam.

Praxeas. Ejus discipulus PRAXEAS à quo Praxeani & ob Patris passionem *Patrīpassiani*. Ille putabat eamdem esse hypostasim Patris, Filii & Spiritus sancti.

Primus usus est voce *πιωτάτορες*.

Antitac*tae*. ANTITACTÆ, qui Dei ordinatibus se opponebant, dicebant.

1. Quod Deus quidem Pater universorum noster sit naturâ, & omnia quæ fecit bona sint, unus autem quispiam ex iis qui ab ipso facti sunt, Zizania semenaverit, & malorum naturam generaverit, quibus ajebant & nos implicavit, & Patris adversarios effecit.

Perata. PERATÆ, à regione in qua versati sunt ita dicti, tres mundi sectiones faciebant.

r.Se-

i. Sectionem Trinitatem appellabant, eamque vocabant bonum perfectum, magnitudinem paternam: secundam, potestatum infinitarum multitudinem: tertiam, specialem. i. dicebant *ingenitam*, & nominabant tres Deos, tres sermones, tres mentes, tres homines.

E superis, temporibus Herodis descendisse hominem quendam triplicis naturæ, trium corporum & triplicis potestatis, Christum nomine, & pertransisse mundum & ingenitum & per se genitum, & in hunc mundum, in quo sumus, pervenisse, & ingenitum quidem mundum non minus ac *autoyēn*, seu per se genitum servandos dicebant, peritum vero mundum quem *specialem* dicebant.

HELCESAITÆ dicti à quodam El-
xai quem Epiphanius sub Trajani im- Helce-
perio vixisse dicit. saitæ.

Illi rejiciebant Apostoli Pauli scripta.
Negationem fidei, quæ ore fit,
licitam statuebant.

G 5 CAPUT

C A P U T III.

Secul. III.

PRÆTER hæreses natas superioribus
seculis.

Gnosticorum,

Helcesaitarum, quibus imputatur
quoque præter Deum unum, duas fe-
minas adorasse, aquam veneratos esse
instar Numinis, Spiritum Sanctum fin-
xisse specie muliebri, tanquam soro-
rem Christi, incantationibus & dæ-
monum invocationibus usos esse.

Præter has & alias hæreses nomi-
nantur quoque.

Beryllus. 1. *Berylli Bostrorum in Arabia Epi-*
scopi de Christo non præexistente ante-
quam inter homines versaretur; qui ab
Origene ad meliorem frugem re-
vocatus fuit.

Nepos. 2. *Nepotis Ægyptii Episcopi, unde Nepotiani, qui Chiliaſtæ dicti sunt,*
vel Millenarii, qui statuerunt Re-
gnum Christi in his terris per mille
annos duraturum in variis corporeis
yolup-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 155
voluptatibus: Ajunt quoque eos Prophetas & Apostolos rejecisse. Eorum signifer dictus *Coracion*, de quo *Dionysius* apud Eusebium.

3. *Sabellii* Afiae Pentapolitani, seu ^{Sabell.}
ex Lybia Cyrenaica, undè *Sabelliani* ^{Ilius.}
qui dicuntur *Noëtiani*, à Noëto præceptore *Sabellii*, *Praxeani* à *Praxea*,
Hermogeniani ab *Hermogene*, *Mönarchici*, & à *Prudentio Unionite*.

Sabellius autem Personas Trinitatis tria esse nomina, & unam tantum esse in Deo personam: Deum Patrem in cœlis appellari, in Terris Filium, in creaturis quatenus vim suam in iis exerit, Spiritum Sanctum. Patrem sub Filii notione natum esse ex Virgine, & passum, undè Patripassiani: Undè quidam vir *Doctus* eos comparat Ethnicis, qui dicebant *Apollinem* in cœlis solem, in terris Liberum Patrem, in inferis *Apollinem*.

4. *Pauli Samosateni Episcopi Antiocheni*: Ille cum *Artemone* Christum ^{Paulus Samosat.} tenus. dicebat nudum fuisse hominem, non Deum, ante nativitatem ex Maria Virgine non extitisse; dictum Filium Dei & Deum propter divinas & cœlestes

156 BREVIS SYLLABUS
lestes dotes quibus instructus fuit,
 $\lambda\circ\gamma\sigma$ appellatum quasi Dei ad nos
oratorem: Divinum Christo cultum
negabat, Psalmos in honorem Christi
cani solitos prohibebat. Baptismum
non administrabat in nomine Christi;
hinc illius discipuli iterum baptizari
decernuntur Can. Nicenæ Syn. XIX.
sub *Paulianistarum* nomine, *Philastrius*
dicit eum circumcisionem docuisse.

Mani-
chæi.

5. *Manichaorum*, ab Authore hære-
seos dictorum: Author primum fuit
Scythianus Saracenus mercator pro-
fessione, qui revelationes à Deo pro-
fetas fixit; cuius discipulus *Budda*,
alias *Terebinthus* nomine cuius libri in
servum quemdam *Cubricum* nomine
Persam inciderunt: *Iste Cubricus Ma-*
nis vel *Maneris* nomen adoptavit,
unde *Manichæi*.

Errores,

1. Duo principia contraria & coæ-
terna adnittebant, Deum & mate-
riam, Lucem & tenebras, alterum
boni Authorem, alterum mali, il-
lum N. T. hunc Veteris.

2. Vetus Testamentum repudia-
bant.

3. Se

CONTROVERSIARUM LIB. II. 157

3. Se Paracletum à Christo missum dicebat *Manes.*

4. Christum apparuisse hominem, non fuisse, nec paßum.

5. Bonum & malum esse substantias.

6. Mundum, carnem, Magistratum, peccatum à Deo malo profecta.

7. Peccati & concupiscentiae carnaлиis absolutam esse necessitatem, ad id impellente Deo malo.

8. Illicitas esse nuptias, Bellum, carnes, ova, lac, vinum, quod illis erat *fel Demonis*, dicebant.

9. Eucharistiam sub una specie administrabant, & semine humano adspargebant.

10. Solem esse Christum, undē in hujus cruce sol defecit.

11. Solem, Lunam, Aërem esse fedem Trinitatis, & navigia quibus defunctorum animæ ad lucem transferuntur.

12. Accusantur nullam resurrectionem corporum credidisse.

13. Animas bonas esse particulam diuinæ naturæ, si non ipsum Deum.

G 7 14. Fer-

14. Fertur iste Manes habuisse XII. discipulos; LXXII. Episcopos ad imitationem XII. Apostolorum & LXXII. Discipulorum Christi.

15. Electos ab *Auditoribus* & plebe distinguebant: In postremis, impri-
mis matrimonio conjunctis nondum esse purgatam mali substantiam asse-
rebat.

16. Baptismum aquæ, ut inutilem
respuerat.

17. Animas *auditorum* dicebat con-
verti in animas *electorum*, & sic pur-
gatas redire ad Deum: Reliquorum
animas redire in corpora pecudum, &
in arbores; undè plantas & arbores,
vivere docuit, & Agricolas homici-
das dicebat.

Novatus 6. *Novati* Presbyteri Carthaginen-
Nova- sis & *Novatiani* Romani Præsbyteri,
tianus. unde *Novatiani*, qui & *Cathari* dice-
bantur.

1. Illi lapsis, qui religionem Chri-
stianam abnegaverant, ut ut pœnitent-
tibus, veniam denegabant.

2. Se solos esse veram Ecclesiam.
3. Nuptias secundas post baptis-
mum damnabant.

CAPUT

CAPUT IV.

Secul. IV.

Hæreses hoc seculo natæ sunt,
I. Arii Alexandrinae Ecclesiæ Arius,
præsbyteri, undè Ariani. Iste Arius
ajebat Christum Deum dici, sed mi-
norem Patre, esse creatum εν μη ὄν-
των vel εξ γης τοτων unde Exoucontio-
rum nomen; Deum factum voluntate
Patris, nec naturā, sed adoptione Dei
filium. Per eum, ut instrumentum,
Patrem omnia condidisse. Aliam esse
essentiam Filii ab essentia Patris.

Dicitur quoque credidisse Spiritum
S. esse creaturam Filii, ab eo genitam
& creatam, dignitate inferiorem Pa-
tre ac Filio cooperantem in crea-
tione.

Qui ex schola Arii prodierunt, in
diversas factiones divisi sunt.

Alii dicti pure Ariani & Anomæi Actius.
qui Filium per omnia Patri ἀρόμοιο, Euno-
τερον statuerent; Eorum fuit ca-
mimus.
put Aetius, Antiochenæ Ecclesiæ

Dia-

Diaconus, dictus Atheus, Magister
Eunomii, undē Aetiani, Eunomiani.

Semiatiani.
*Alii dicebantur Semiatiani, qui asser-
ebant Filium similem substantiam, non
vero ὁμοίαν: Capita fuere Basilius
Ancyranus, Eustathius Sebastiensis, &c.*

*Alii Filium asserebant simpliciter
ὁμοίαν Patri, non addendo similem
in omnibus aut similem σοις, sed si-
milem θελότε, voluntate, at ἐπέσσιον.*
Acacius, revera: Horum caput *Acacius Cælareæ*
in Palestina post Eusebium Episcopus,
idemque præsens in synodo Seleucieſi
Isauriæ a. 359. cuius formulam exhibet
Socrates: Postea tamen resipuisse fer-
tur, & cum Catholicis subscriptisse
Synodo Antiochenæ a 363.

*Alii, rejectis omnibus illis vocibus
ὁμοίας, ὁμογένειας, ὁμοούσιας dicebant Pa-
trem esse majorem Filio honore, di-
gnitate, Deitate, δεῖλον servum Pa-
tris.*

Adversus Arium Concilium Nicæ-
num a. 325.

Photius. II. Photii Syrmiensis in Illyrico
Episcopi, qui dicebat Christum ho-
minem tantum esse, initium ex Ma-
riâ habuisse, Spiritum S. neque Deum
neque

CONTROVERSIARUM LIB. II. 161
neque personam esse S. Trinitatis: vo-
cabat extensionem extensionis. Cæte-
rum Sabellii sententiam sequebatur,
unam scilicet esse personam, dam-
natus in Synodis Antiochenâ a. 345. &
Mediolanensi 347. &c.

III. Apollinaris Patris & Filii Lao- Apollinari-
dicea Syriae oriundi qui dicebant. naris.

1. Spiritum S. Magnum; Filium,
Majorem; Patrem, maximum.

2. Christum assumpsisse carnem, sed
sine anima humana, saltem sine men-
te, hujus autem loco fuisse Divinita-
tem.

3. *Quidam* dicunt credidisse car-
nem Christi consubstantialem esse Di-
vinitati, minimè ex substantiâ Vir-
ginis efformatam.

Alii aiunt fuisse Sabellianum; cre-
didisse millenarium regnum, & ani-
mas produci ab anima parentum.

IV. Macedonii Pat. Constantino- Mace-
politani, undè Macedoniani: Dice- donius.
bant Spiritum S. non esse Deum, vel
personam divinam, aut habere eum
propriam substancialiter: Asserebant esse
tantum vim *creatam* seu *creaturam* mi-
nistram filio, sicut Angeli, & cu-
jus

ius singulæ creaturæ participes esent,
seu qui spiritus omnibus inessest divi-
sione sui in infinitum; adversus eum,
Concilium Constantin. sub Theodosio
M. a. 381.

Audius
Audiani V. Audii vel Audæi cujusdam Mo-
nachi Syri , undè sectatores *Audiani*
vel *Antropomorphitæ*.

1. Deo tribuebant membra huma-
na , formam humanam.
2. Cum Judæis & quatuordecima-
nis Pascha celebrabant.
3. Communionem Ecclesiæ vita-
bant specie sanctitatis , ne commu-
nicarent cum fœneratoribus , & qui
cum mulieribus cohabitarent.
4. Jubebant unumquemque pecca-
ta sua confiteri, transeundo inter li-
bros sacros utrimque dispositos.

5. Non credebant Deum condi-
disc ignem & aquam.

Priscil-
lianuſ. VI. *Priscilliani Hispani Abilæ Epi-*
scopi Gratiano & Theodosio impe-
rantibus , Damaso urbis Episcopo,
qui.

1. Cum Manichæis duo principia,
duos Deos , bonum & malum statue-
bat.

2. Cre-

2. Creditur recoxisse errores Sabellii.

3. Probabat perjurium & mendacium tempore persecutionis.

4. Item fatum Astrologicum; singulaque membra ab Astris regi putabat, caput ab Ariete, cervicem à Tauro, &c.

5. Abstinentiam à carnibus, tanquam immundis, exigebat.

6. Mysteria occultabat magno studio, præterquam fœminis mulierculis: hinc à suis secretum stipulabatur, ut à Gnosticis.

Jura, perjura, secretum prodere noli.

7. Apud Priscilliani sectatores fœminæ docendi partes usurpabant & Laici.

8. Conjugium aversabantur & diuertia suadebant.

9. Dicebant animas humanas ejusdem naturæ & substantiæ, cuius est Deus, ad agonem quemdam spontaneum in terris exercendum per 7. Cœlos, & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurgere.

VII. *Donati & Donatistarum quo- Donatus rum*

164 BREVIS SYLLABUS
rum schisma notissimum.

1. Ecclesiam constare ex solis per-
fectis dicebant, quales suos censem-
bant.

2. Nullibi in orbe terrarum esse,
præterquam in Africa apud Dona-
tistas.

3. Rebaptizandos esse, qui ad se à
Catholicis transirent.

Archon-
tici. *VIII. Archonicorum* in Palæstina,
& in Armenia ita dictorum, quod
Principibus (qui Græcè ἀρχοντες dicti)
secundariis Diis & ipsorum Angeloi-
rum Patribus ex Matre Photenia, h. e.
luce, creationem hujus mundi tribue-
runt.

Illi Deum Patrem Trinitatis Pa-
trem esse dicebant.

2. Negabant resurrectionem.

3. Ad exemplum *Heracleonitarum*
capitibus mortuorum oleum & aquam
cum quorumdam verborum demur-
moratione, infundebant, dicebantque
sic fore invisibles.

4. Sacra menta abrogaverant, &
quia vasa sacramentis destinata fran-
gebant, vocabantur ασκεδπιωται vel
αρνοθριωται.

5. Dia-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 165

5. Diabolum ex Eva Caïnum & Abelem genuisse dicebant.

IX. Luciferianorum à Lucifero Episcopo Caralitano vel Caralenſi in Sar-dinia.

Lucife-
riani.

Illi pœnitentiam Clericis lapsis de-negabant, eosque propterea, si in hæ-resim incidissent, quamvis postea refi-picerent, nunquam munere Eccle-siastico iterū admovendos puta-bant.

Accusantur præterea credidisse uni-versum mundum Diaboli opus esse, animamque esse substantiam corpo-ream.

X. Messalianorum qui dicuntur, & Euchitæ, Adelphiani, Sataniani, Mar-tyriani, Psalliani, Enthusiaſtæ qui do-cuerunt,

Messa-
lianii.
Euchitæ

1. Semper esse orandum.

2. Accusantur credidisse Deum esse corporeum, cum Antropomor-phitis, & unam esse personam cum Sabellianis, ac perjurium celandæ re-ligionis causa esse licitum.

3. Se solos perfectos esse dicebant, ideoque se spirituales vocabant.

XI. Helvidii Auxensii Ariani Episcopi

Helvi-
dius.

scopi discipuli, à quo dicti sunt *Helvidiani*, qui à dogmate dicti sunt *Antidico Marianitæ*, qui Mariam post Christum natum viro fuisse commixtam asserebant.

Collyri-diani.

XII. *Collyridianorum dictorum ἀνδ*
τῆς κολλυρίδος, id est tortâ panis, aut
 tortili placentæ genere.

Mulieres enim stato quodam anni tempore, currum vel sellam quadram adornantes, expanso super ipsas linteo, inde tortas & placentas promentes, easdem Virgini in sella curuli sedenti, in honorem Mariæ offerabant.

C A P U T V.

Secul. V.

Pelagius **H**æreses hujus seculi sunt,
 i. Pelagii & Pelagianorum : Pe-
 lagius Morgan dictus Anglo-Britan-
 nus, professione Monachus, habuit se-
 statorem, socium & adjutorem *Cœ-
 lestium* natione *Scotum* vel *Hybernum*,
Julianum, *Apulum*, *Episcopum Ce-*
lanensem

CONTROVERSIARUM LIB. II. 167
Lanensem vel Eclanensem.

Prævisse dicitur *Origenes*; dein *Ruffinus Aquileiensis Presbyter, Palladius & tempus hæreses ortæ, fuit circa a. 405.*

Errores fuerunt,

1. Peccatum Adami ipsum solum læsisse, & non genus humanum.

2. Generari quemvis in eo statu in quo Adam fuit ante lapsum, nullumque esse peccatum originale.

3. Adamum fuisse naturā & conditione mortalem, etiam ante lapsum, moriturum eundem fuisse, etiamsi non peccasset, nec mortem ex peccato derivari, sed ex naturae necessitate.

4. Integras esse hominis vires ad principium boni operis, ad progressum & ad perseverantiam in eo; & quoad velle bonum, & quoad perficere; hinc à Deo esse, quod homines simus; à nobis, quod justi.

5. Tres esse salutis vias, per legem naturae per legem Mosis, & per legem Christi.

6. Gentilium opera fuisse verè bona, & Deo accepta, licet edita sine gratiæ adjutorio.

7. Dari



168 BREVIS SYLLABUS

7. Dari perfectionem justorum in
hac vita, vel *actualem*, ut non om-
nino peccent, qualis *Abel* sub Lege
naturæ, saltem non peccent post ba-
ptismi gratiam, ut *Paulus* vel *possi-*
bilem ut sine peccato esse queant.

8. Gratiam cum viribus naturæ
primò confundebat *Pelagius*, deinde
extendit ad externam divinæ legis
doctrinam, ut sonat in Evangelio.

9. Gratiam internam & superna-
turalem nullam dari præter ratio-
nalem voluntatem, & possibilitatem
naturæ, cui adjectit postea gratiam
illuminantem voluntatem & exem-
plum Christi.

10. Justificari nos propriis virtu-
tibus, conatibus & merito bonæ vo-
luntatis, etiam per opera solius natu-
ræ viribus præstita sine gratiâ Chri-
sti, aut sine virtute Spiritus sancti.

11. Causam prædestinationis ad
gratiam & ad gloriam, esse prævisio-
nenem bonorum operum, & perseve-
rantiam in ipsis ex recto liberi arbi-
trii usu, excepta gratia Apostola-
tus in Apostolis.

12. Illici-

CONTROVERSIARUM LIB. II. 169

12. Illicitum esse juramentum.
13. Divites baptizatos , nisi omnibus renuncient, non posse ingredi in regnum cœlorum.

II. *Semipelagianorum* sive *Massiliensium*, quia Massiliæ primum exorti lagiani sunt, circa an. 430. quorum Dux fuit *Cassianus* primum Monachus, postea *Diaconus* Constantino polli ordinatus, qui Massiliam venit.

1. Isti prædicabant vires liberi arbitrii ante gratiam prævenientem; si non quoad bonum opus, saltem quoad initium boni, fidei, conversionis, poenitentiae, seu quoad actum pulsandi, querendi.

2. Quosdam quidem dicebant ex merâ gratiâ ante omnes conatus ad Christum adduci, sed plerosque prædestinatos ex prævisis conatibus, bona voluntate, fidei initio.

3. Prædestinatos infantes ad pœnam vel ad præmium ex prævisione vita quam quisque acturus fuisset.

III. *Nestorii* Episcop. Constantino-politani, qui accusatus fuit credidisse ius,

H duas

170 BREVIS SYLLABUS
duas personas in Christo esse , non
tantum duas naturas an. C.431.dam-
nati.

Euti-
ches.

IV. Eutychis, Archimandrita Con-
stantinopolitani , damnati an.451. qui
credebat.

1. In Christo duas fuisse naturas
ante utriusque coniunctionem ; post
incarnationem verò sive adunatio-
nem, naturam unam tantum.

2. Corpus Christi , post unionem,
neque Mariæ Virginis Matri, neque no-
bis esse consubstantiale , sed in ipso
incarnationis momento, carnem fuisse
mutatam in divinitatem, seu in verbi
substantiam. Hinc simile ferri can-
dantis, etiam guttae mellis aut aceti
in mare vastum effusæ , & ab eo ab-
sorptæ. Hinc plures aliae sectæ.

Acepha-
li.

V. Acephalorum ita dictorum,
quod primitus sectæ suæ nullum ha-
berent caput; Illi docebant proprie-
tates humanæ naturæ à divina, seu
guttam aceti à mari , fuisse absor-
ptas.

Fullo-
nian. Theo-
paschite.

VI. Fullonianorum vel Theopaschita-
rum auctore Petro Gnapheo, seu Ful-
lone in Antiochenum Episcopatum
restituto

CONTROVERSIARUM LIB. II. 171
restituto postquam Zenonis henotico
ipse subscriptisset : ille anathemati-
zatâ Synodo Chalcedonensi, afferuisse
dicitur.

1. Non unam personam Trinitatis
esse passam, sed ipsam Trinitatem,
undè in hymno Ἀγιοῦ θεοῦ, ἀγιοῦ
ἰχνεῖς, ἀγιοῦ ἀδοκατοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς
addidit ὁ σωρθεῖς δὲ ἡμᾶς.

2. Eidem Gnapheo debentur in-
ter alia publica, Litaniae ad Sanctos,
speciatim invocatio Virginis Theotokae,
in omni preceptione.

VII. Armeniorum, qui impulsore Armenii
quodam Ethanio Armenio secessio-
nem hoc seculo fecere, rejecto Con-
cilio Chalcedonensi. Retinuerunt n̄
τεσταγμὸν Petri Graphæi.

VIII. Iovinianorum dictorum à Ioviniano
viniano Monacho Romano, qui accu-
santur credidisse omnia peccata esse
æqualia, & homines post baptismum
non peccare.

IX. Vincentii Victoris, qui circa an.
C. 420. creditur dixisse. Vineen-
tius Vi-
ctor.

1. Animam non ex nihilo, sed ex
H 2 Dei

BREVIS SYLLABUS
Dei natura creatam esse, & esse cor-
pus.

2. Eamdem perdidisse, per carnem,
aliquod meritum quod ante carnem
habuerit.

3. Deum corpori immisisse ani-
mam, non sine nota injustitiæ, cùm
hoc modo anima facta fuerit pecca-
trix.

4. Homines ratione corporis non
esse à Deo.

CAPUT VI.

SECUL. VI.

Mira Arianismi fuit propagatio
hoc seculo, ut & Eutychianis-
mi ex familia Eutychiana ortæ sectæ.

Severi-
ta. 1. Severitarum à Severo ex Mono-
acho Palestino ob hæresim ejecto, &
in Anastasii gratiam Constantinopoli
se insinuante, tandem creato Epis-
copo Ecclesiæ Antiochenæ; qui evasit
deinceps Acephalorum caput, suffe-
ctus

CONTROVERSIARUM LIB. II. 173
Etus in locum ejecti per vim Flavia-
ni an. 513.

Ab illo Severo persecutio excitata
in Orthodoxos.

2. *Iacobita*, cuius nominis Author *Iacobi-*
Jacobus quidam natione *Syrus*, im- ^{tæ}
perante *Anastasio*, alias *Tsanalus*, ob
abjectam conditionem, qui sparsa
per Syriam *Gnaphæi* & *Severi* hære-
si, ut & *Apollinaris* de assumpta car-
ne sine anima, dedit nomen sectæ
Jacobitarum, cui se adjunxit *Theodosius*
Alexandrinus Episcopus ab an. 535.
favore *Theodoræ*.

3. *Maronite*, qui sunt propago *Eu-* ^{Maroni-}
thybianorum, quique saltem unam, si ^{tæ}
non naturam, certè voluntatem in
Christo admittebant.

4. *Tritheia*, duce *Johanne Philo-* ^{Trithei-}
poco Philosopho & Grammatico Ale-
xandrino, qui dicebat tres in Deo hy-
postases, tres naturas esse, vel sub-
stantias, sed per omnia similes, unde
dictus *Tritheia*, quamvis tres deita-
tes aut tres Deos dicere erubesceret,
quod μίαν τριάδον οὐ μόνον, ναι ἀταρράθιαν-
την θεότητα in singulis agnosceret.

H 3 5. *Aphtarte-*



174 BREVIS SYLLABUS

Aphtar-
docitæ.

5. *Aphtarocitarum*, qui dicebant incorruptibile fuisse corpus Christi à conceptione, non obnoxium naturæ necessitatibus, fami, siti, lassitudini, somno, doloribus, morti; Dux erat *Iulianus Halicarnassus Episcopus* an. 519. vocabantur & *Phantasiastæ*, qui ea omnia in Christo fuisse tantum *καὶ τὸ φαντασματικόν*. Hujus sectæ fertur fuisse fautor *Justinianus Imperator*.

Agnoë-
ta.

6. *Agnoëtarum*, qui & Christum, quâ Deum, quædam ignorasse dicebant.

SECUL. VII.

Præter plures antiquas hæreses repellulantes, *Arianorum*, *Pelagianorum* fuerunt, & hoc seculo.

Mono-
thelite.

Monothelite circa 630. qui unam tantum in Christo esse voluntatem, unam operationem, *διανθετικὴν*, dicebant, fautores fuerunt, *Cyrus Alexandri Episcopus*, *Sergius Episc. Constantinopolitanus*.

SECUL.

S E C U L. VIII.

Hoc seculo nata est,

1. Hæresis *Iconolatrarum*, & *Xylola-Iconola-*
trarum, quæ ex Occidente in Orientem propagata est, & à Romanis
Pontificibus firmata.

2. Opinio *Felicianorum*, seu *Adoptionis Felicia-*
tianorum: Autores fuerunt *Felix Ur-*
gellis Septimaniæ Urbis Episcopus
seu *Narbonensis I. in Pyrenæis monti-*
bus & Elipandus Toletanus Episcopus
& *Primas*.

2. Dicebant quidem Christum secundum divinam naturam, verum & proprium Dei filium esse naturâ genitum à Patre: at secundum humanitatem, esse Dei filium adoptivum, undè sequi dicebant eorum adversarii in Christo esse duos filios, adeoque duas personas.

3. Disceptatum quoque hoc seculo de processione Spiritus.

H 4 S E C U L.

SECUL. IX.

Hoc seculo fuerunt controversiae
circa imagines, presentiam corporalem
in Eucharistia, Prædestinationem, Gra-
tiam Dei, libertatem hominis, quæ no-
vissimæ.

Cætera secula non persequor, si-
quidem, vel errores qui locum ha-
buerunt, jam antea viguerunt, vel
sunt iidem qui locum nunc habent
in illis sectis quas recensuimus.



INDEX



INDEX

CAPITUM

Liber I. De controversiis agitatis à seculo Reformationis.

C. I. D <i>E Atheis, Deistis, Anti-scripturariis</i>	<i>p. 1</i>
<i>Spinoſa errores</i>	<i>p. 3</i>
<i>Hobbesius</i>	<i>p. 9</i>
<i>Eduardus Herbert</i>	<i>p. 12</i>
<i>Davidis Georgii Hollandi sententia</i>	<i>p. 13</i>
<i>De Libertinis</i>	<i>p. 14</i>
C. II. <i>De Iudeis</i>	<i>p. 15</i>
C. III. <i>De Muhammedanis</i>	<i>p. 20</i>
C. X. <i>De Pontificiis</i>	<i>p. 22</i>
<i>De Janseniis</i>	<i>p. 33</i>
<i>De Sententia Richardi Simonii</i>	<i>p. 39</i>
C. V. <i>De Anabaptistis</i>	<i>p. 40</i>
<i>De Sententia Schuvenfeldianorum</i>	<i>p. 47</i>
H 5	C. VI. <i>De</i>

178 C A P I T U M.

- C. VI. De Sententia *VVeigelii & VVeigelianorum* p. 49
- C. VII. Propositiones *M. de Molinos* prout damnata ab Innocentio XI. a. 1687. p. 57
- C. VIII. Propositiones tractae ex libro *Rever. Francisci Salignaci Fenelon Archiepiscopi Cameracensis*, prout damnata Roma ab Innocentio XII a. 1699. p. 68
- C. IX. De *Quakeris*. p. 74
- C. X. De *Antinomis*. p. 78
- C. XI. Sententia *Anititrinitariorum; Serveti, Valentini Gentilia, Socini & Socinianorum &c.* p. 79
- C. XII. De *Arminianis seu, Remonstrantibus* p. 92
- C. XIII. De *Augustanis Fratribus Evangelicis* p. 98
- C. XIV. De *Gracis hodiernis* p. 100
- C. XV. De *Russis seu Moscovitis, Coptis, Abyssinis, seu Ethiopibus* p. 106
- C. XVI. De *Pietistis*. p. 113

Liber. II.

INDEX

179

* * * * *
Liber II. De hæreticis, qui à
1. Seculo Christianismi Eccle-
siam turbarunt.

CAP. I. <i>De hæreticis primi Seculi</i>	p. 116
C. II. <i>De hæreticis secundi Secu-</i> <i>li</i>	p. 126
C. III. <i>De hæreticis Seculi tertii</i>	p. 154
C. IV. <i>De hæreticis Seculi quarti</i>	p. 159
C. V. <i>De hæreticis Seculi quinti</i>	p. 166
C. VI. <i>Seculi sexti</i>	p. 172
C. VII. <i>Seculi septimi</i>	p. 174
C. VIII. <i>Seculi Octavi</i>	p. 175
C. IX. <i>Seculi noni</i>	p. 176

F I N I S.



27. Inde
H. D. p. 100. 100. 100.
G. C. 100. 100. 100.
C. 100. 100. 100.

28. Inde



ERRATA.

QUE, dum hoc opusculum
raptim percurro, sphalmata
obsvravi, h̄ic annotare non pi-
gebit.

Pag. 7. l. 18. lege *profectum*

p. 13. l. 22. lege *carne*

p. 16. l. 10. lege *auctarium*

p. 17. l. 10. lege *תִּתְנִית*

p. 35. l. 25. lege *cupiditas*

p. 47. l. 7. lege *Vrbanus Regius*

l. 19. lege *Ottius*

p. 53. l. 8. lege *Spiritum Sanctum crē-
turam esse.*

p. 55. l. 25. lege *sacro mentis retro-
gressu*

p. 56. l. 10. lege *ad tempus solum.*

p. 79. l. 4. lege *Servetus Arrago.*

p. 82. l. 5. lege *coœvus*

p. 89.

2 E R R A T A.

p.89. l.2. lege miserendum

p.90. l.18. lege perceptionem

p.91. l.3. lege erunt

p.92. l.2. adde. Sed inter alios non
omittendus Reverendus &
Celeberrimus D. Franciscus
Turretinus desideratissimus
Avunculus, qui non modò in
sua Theologia elenctica adver-
sus Socinianos fortiter certa-
vit, sed & opus eximum de
satisfactione adversus eosdem
edidit.

p.99. l.19. lege *Vt unionis*

p.101. l.13. lege *λατρευτων*

p.102. l.27. lege *Martyres & Docto-*
res

p.104. l.21. lege *Hieromonachos*

p.106. l.13. lege *excepto libro*

l.26. lege *eſſe uſui credere*

p.111. l.26. lege *V. & N.T.*

p.128. l.3. lege *δύραμιν*

p.130. l.20. lege *Mundum ab Ange-
lis conditum dicebat.*

p.133.

ERRATA.

5

- p. 133. l. 5. lege *sparsisse*.
p. 136. l. 19. lege *volabat*
p. 138. l. 20. lege *quod hic Deus inter-*
dixisset
p. 140. l. 2. lege *dicitur*
p. 142. l. 16. lege *à luto impuritatis*
in margin. Borboriani
p. 143. l. 22. dele *qui*
p. 148. l. 2. lege *Mosem*
p. 153. l. 5. lege *Primam dicebant*
p. 160. l. 13. lege *Seleuciensi*
l. 25. lege *Photini*, & in mar-
gine
p. 169. l. 9. lege *Constantinopoli*
p. 171. l. 20. lege *Gnaphai*
p. 172. l. 24. lege *Palæstino*
p. 176. l. 1. lege *SECVLO IX.*
l. 6. lege *notissimæ*
Cætera, si quæ sint præter com-
mata malè posita, condona quæso
Lector amice.

F I N I S.



90811

ULB Halle
005 418 917

3



B.I.G.

Farbkarte #13



B R E V I S
S Y L L A B U S
C O N T R O V E R S I A R U M .

Auctore
BENEDICTO PICTETO
Pastore Eccles. Gen. & S. S.
Theologiae Professore.



G E N E V Æ
Sumptibus S O C I E T A T I S .

M. D C C X I